2-9682

Z-9682

d.2.198/58

ŻYCIE
JERZEGO
OSSOLINSKIEGO

BIBLIOTEKA
BOCHEŃSKICH

ZYCIE
JERZEGO
OSSOLINSKIEGO
KANCLERZA
WIELKIEGO KORONNEGO,

LUBELSKIEGO, LUBOMSKIEGO, LUBACZOWSKIEGO, BOGUSŁAWSKIEGO, BRODNICKIEGO, RYCKIEGO, DERPSKIEGO, ADZIELSKIEGO, STANISŁAWOWSKIEGO, y BYDGOSKIEGO.

STAROSTY.

TOM II.

Wyłączono ze zbiorów
Biblioteki Pol. Ak. Um.
Dublet
do sp



Za pozwoleniem Zwierzchności.

W WARSZAWIE.
W Drukarni Nadworney J. K Mci.
Roku Panskiego 1777.

5025-05-25

Wymiana dubletów
Wycofano dn. 26 VII 63
94

D. 33/63

INSTRUKCYA
JERZEMU
OSSOLINSKIEMU
DANA

Od Oyca Iego w Zgorſku na wyiezdnym do Lovanium dnia 14. Maia R.P. 1613.

NAYPRZOD przyiechawſzy do Krakowa, ſtarać ſię ma z wielką pilnością u Kupców o Kompanią do Norembergu, z którąby mógł zaiechać przez naięty odwoz, dowie-

dziawſzy ſię o beſpieczności gościńców, którymby naybeſpieczniey iachać, czy na Lipſk, czy na Pragę, y ſtarać ſię ma, aby naiętym wozem mógł zaiechać dla lepſzego poſpiechu, y beſpieczeńſtwa. A doſtawſzy, tedy ma nie bawiąc w drogę ſię puścić w Imię Pańſkie, wóz mòy z Końmi y niepotrzebnemi rzeczami odeſławſzy.

Item. Ma obſtalować z P. Mączyńſkim, albo z P. Konradem y Stemberem, żeby Liſty, y pieniądze odemnie dochodziły do Lovanium, to ieſt przez Noremberg, albo iak ſię im nayprędſza y naypewnieyſza droga będzie widziała, ażeby dali także Liſty ſwoie do Norembergu do ſwoich Korreſpondentów zalecaiące; z któremi także Jerzy ma uczynić obſtalowanie, y poſtanowienie pewne, żeby bez omieſzkania przechodziły Liſty y pieniądze odemnie do Lovanium *& viceverſa &c. &c.*

To tedy tak w Krakowie odprawiwſzy, niebawiąc ſię długo, ma ſię w drogę puścić, wedle informacyi y rady Kupców, y ludzi wiadomych drogi kraiów tamtych, a przyiechawſzy do Norembergu, także tam uczynić z korreſpondentem kupców Krakowſkich obſtalowanie z ſtrony przeſyłania Liſtów, y pieniędzy *reciproce* do Krakowa, y do Lovanium, ztamtąd, iako nayſnadniey y naylepiey z radą Kupców y dobrych ludzi, puścić ſię ma ku Lovanium. Gdzie przyiechawſzy, zaraz prezentować ſię ma do Oycòw *Societatis JESU*, y Rektorowi ich oddać liſty, z których, gdy zrozumie, kto ieſt, y po co przyiechał, ma ſię im zalecić, y opowiedzieć im wolą moię. A zatym z radą iego goſpodę maiąc, y poſtanowienie ſię w niey, wedle którego poſtanowienia obaczywſzy ſię zkilka Niedziel, ma porachowanie

uczynić wszystkich expensów swoich dorocznych w tamtym Mieście. = Oddawszy pieniądze X. Rektorowi do schowania, a potym mnie o tym wszystkim dać znać, iako się postanowił, tak z strony życia, y expensów, iako z strony prowadzenia nauk, a to wszystko z radą X. Rektora, z którym uczyniwszy examen nauki swoiey, łatwie weźmie od niego radę, iako *in repetendo Cursu Philosophiæ* ma sobie postąpić, aby doskonale w niey się ugruntował. A gdy tak postępować będzie, chcę tego po nim, aby częste *Theses* w tey tam Akademii proponował, y w innych Dysputacyach nieomieszkiwał też być oppugnatorem. Przy tey Philosophii, chcę, aby miał swoię godzinkę y Professora *in Juris prudentia*, począwszy *ab Institutionibus Justiniani*. A przytym oboygu, iako nayczęściey, y naypilniey *stylum exercere in*

ſcribendo & perorando, wziąwſzy ſobie materyą iaką *gravem*, ktòrąby *ſtylo puro & eleganti* piſał, Oratorów ſobie *in ea materia* obieraiąc, y imituiąc, *tum & Hiſtoricos elegantes*, dla czego *dum vacat, lectioni dare operam* ma. *Exercitia corporis & recreationis*, ma mieć Lutnią, przechadzki z ſkromnemi, i ſtatecznemi kompanami, y w naukach gorącemi, z któremiby *& corpus & animum* rekreował. *Sumptibus quam parviſſimis uti debet*, do wyſtawy nic, ſkromnych tylko, y potrzebnych, byle *ſordities* y nędza nie była; y przeto: zabawniczków, wyſtawniczków ſtrzedz ſię ma, a z ſkromnemi, y czyſtemi konwerſować ma Cudzoziemcami, a oſobliwie tam z Niemcami, aby *ex profeſſo* ięzyk Niemiecki traktował *ad perfectionem*. To tak napiſawſzy, y preſkrybowawſzy, tym zamykam, aby ſię Pana Boga bał, od niego wſzyſtko po-

czynał, w nabożeńſtwie ſerdecznym nauk ſwoich pilnował, y w nich ze wſzyſtkiey mocy elaborował y pocił ſię. Próżnowania, aby ſię ſtrzegł, dla wſzelkich złych pokus, któreby go do gniewu Bożego, y mego, nigdy nieutulonego przywieść mogły. Z temi, które z nim poſyłam, aby ſię ſkromnie, dobrze, y chędogo ſprawował, y zachował.

In ſummo oſtrzegam, aby y ſobie tam czaſu nie gubił, y mnie koſztòw nie przyczyniał. Samemu tedy *invigilandum eſt*, aby żadnych takowych zabawek nie pilnował, któreby go w naukach zatrudniały, abo niedbałym czyniły, ale, żeby to uſtawicznie przed oczyma miał, żeby ten tam czas niewielki, ſobie tak ocukrował, żeby mu naycięższe moleſtye, trudy, wigilie były ſmaczne, cieſząc ſię tym, że po

tym małym czasie gorzkości y cierpliwości, wszystek potym wiek w pociechach trawić będzie, gdy y Oyca z przyiacioły uweseli zwroceniem swym, y sobie *suis qualitatibus* w Oyczyznie zalecenie, y wzięcie uczyni. Alias (czego Boże racz zachować) żeby *remitteret animum*, *& alacritatem in studiis*, y tak ieno *cum apparentiis*, *non cum soliditate* nauki y języków, do nas się wrócił, twarzy łaskawey Oycowskiey spodziewać się nie ma, ale pewnego przeklęctwa, y wydziedziczenia, do czegoby mię przywiodła *mea contempta spes*, gdyby mię na niey omylił. *Secus in aliis* cierpieć było, którym *Sterile ingenium*, *& defectus corporis nonnullos* natura dała. Przez miłosierdzie tedyBoże, *per timorem ejus*, *per pietatem debitam*, proszę, *obtestor*, y upominam, poprzysięgam, aby mnie w moiey nadziei nie oszukał.

LIST

KROLA JMCI

REKOMMENDUIĄCY

JERZEGO OSSOLINSKIEGO

ARCY-XIĄZĘCIU ALBRYCHTOWI

GUBERNATOROWI NIDERLANDU.

Sigismundus III. D. G. Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ &c. &c. Svecorum, Gottorum, Vandalorum hæreditarius Rex.

Serenissimo Principi D. Alberto D. G. Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ, Comiti Hapspurgi, Flandriæ, Tirolis, Arteſiæ, & Hannoniæ, Dno Hollandiæ, Zelandiæ & Frisiæ. Cognato, affini & amico Nostro Charissimo, salutem & Omnis felicitatis monumentum.

SERENISSIME Princeps Domine Cognate, & affinis Chariſſime. Georgius Oſſolinius Illuſtris Zbignæi Oſſolinii Pa-

latini Podlachiæ filius, ea ortus ê familia, quæ non modo vetusti generis Splendore præcellit, verum etiam Virorum præstantium Seminarium in omni genere laudis & virtutis semper exittit. Pater ejus Vir Magni Consilii, maturique judicii, tanta prudentia Senatoriam functionem sustinet, ut arduis quibusque in rebus expediendis & nos, & Respublica opera ipsius utamur. Hic idem juvenis præstanti indole, eam spem de se concitavit, ut eum majoribus suis similem evasurum, Paternasque virtutes æquaturum confidamus. Qui cum Studiorum Causa ad Academiam Lovanienſem se conferret, Litteris Nostris eum S. V. commendandum putavimus. Complectatur S. V. gratia benevolentiaque sua Nobilissimum juvenem, & sua sponte ad optima quæque præclarè anima-

to, favoris quoque sui patrocinio ad capessenda non magis litterarum quam virtutum Studia stimulum addat. Id & nos ab S. V. majorem in modum contendimus & Illustr: Offoliniorum familia, quidquid gratiæ in juvenem istum S. V. contulerit, omni obsequii & officii genere S. V. referre conabitur, eritque perpetuo eo nomine obstricta. Optamus S. V. omnibus felicium Successuum incrementis florere, & diuturna perfrui valetudine. Datæ Varsaviæ die 31. Mai A. D. 1613. Regnorum Nostrorum Poloniæ 26. Sveciæ verò 20.

Ejusdem S. V. Cognatus & affinis

SIGISMUNDUS REX.

PRÆSCRIPTUM LEGATIONIS AD SERENISSIMUM PRINCIPEM DOMINUM JACOBUM

DEI GRATIA MAGNÆ BRITANIÆ, FRANCIÆ, & HYBERNIÆ REGEM, FIDEI DEFENSOREM.

Generoso Georgio Offolińſki Comiti de Tęczyn Palatinidæ Sendomirien: Sacræ Regiæ Mttis Cameræ Cubiculario & Internuncio. Datum Varſaviæ Die XXV. Menſis Januarii A. D. M.DC.XX.I.

Internuntius Noſter cum ad Sereniſſimum Magnæ Britaniæ Regem pervenerit, litteris Noſtris ejus Serenitati redditis præmiſſa ſalutatione, & fraterna Noſtra erga Serenitatem ſuam animi propenſione, quam declarabit Oratione ad id accommodata, tum demum reliqua exequetur, in eum ſenſum.

UT primum intellexit Sacra Regia Maieſtas Dominus meus Clementiſſimus, Turcarum Imperatorem nulla à ſe pro-

vocatum injuria, contra & antiquum, & nuper juratum fœdus, ſola libidine regnandi accenſum, bellum apparare, & in exitium Regnorum, & ditionum Suæ Serntis accingi, eo fuit animo, ut de hoc, quod univerſæ Europæ imminet periculo, cum ad reliquos Principes Chriſtianos, tum vel inprimis ad Serntem veſtram referret. Antevertit Serenitas veſtra, & priusquam eo nomine appellaretur ipſamet tanto commota periculo, ſponte id præſtitit, quod ab ea poſtulandum erat, cùm ut ex litteris Serenitatis veſtræ intellexit Sereniſſimus Rex meus eidem hoſti hoſtem, & Regiæ Majeſtatis Domini mei Clementiſſimi amicum eſſe, & illi deeſſe, non poſſe renuntiaverit. Agnoſcit Regia Majeſtas vere Magni in Repub: Chriſtiana Principis hac in re animum, & planè fraternum Serenitatis Veſtræ erga ſe affectum,

quem viciſſim grati animi teſtificatione proſequitur. Atque utinam reliqui Principes Chriſtiani exemplo Serenitatis Veſtræ ſevera cogitatione expenderent, quod illis evenire poſſet, ſi quod abſit, nos armis Turcicis ſuccumberemus, profecto eò Studia & Conſilia conferrent, ut Regnum hoc, verè univerſæ Europæ antemurale, communibus opibus tuendum ſuſciperent, poſitisque armis, quæ in mutuam exercent perniciem, ad tuendam rem Chriſtianam ſe ſe accingerent. Diu jam in Conſilio Ottomanico, Solimani temporibus deliberatum fuit, quænam pars Europæ, quod que Regnum ita oportunum foret, ut eo occupato, ad univerſam Rempb: Chriſtianam ſubjugandam pateret aditus; Polonia inprimis apta ad eam rem viſa eſt multis de cauſis. Primo quidem, quod nulla alia eſſet Provincia, in quam

Universa barbarorum agmina, tam cito sese effundere possent. Tartaros, quod præcipuum Turcicarum virium est robur, Poloniæ confines esse; exercitus Turcicos sive per Hungariam, sive per Valachiam immitti posse, & plurimis simul locis infestare nos, exiguas Polonis esse munitiones, patere Campos, & facile ab hoste tanta multitudine equitum peditumque abundanti subjugari posse. Deinde occupata Polonia, equis Virisque, & quod caput est, commeatu, quô magna pars Europæ sustentatur, abundante, eoque intercepto, reliqua omnia cessura, vel sola fame. Clausis Poloniæ portubus, intercluso Commercionum usu laboraturas plerasque Provincias, quæ frumento Polonico aluntur, interea hostem potitum optimo, & feraci omnis grani Regno, eô usurum ad alendos

maximos exercitus, quibus latera Bohemiæ & Germaniæ incurſet & longè lateque populetur. Claſſem quantam velit, ad hanc enim ædificandam omnis apparatus in Polonia affatim ſuppetit, paraturum, eam per flumina, quæ ſecundo curſu in Mare Balthicum defluunt demiſſurum, & univerſam Europam navibus circumdaturum, commeatu, & omni commerciorum uſu Chriſtianos excluſurum, ſicque vel neceſſitate ipſa Maritimas Provincias ad deditionem compulſurum, quibus occupatis, nec eos tutos fore, qui remotiores ab eo periculo ſe nunc eſſe exiſtimant. Hæc dudum agitata in Conſilio, ſed tunc hoſtes Noſtri in ea fuerunt opinione, ſi Poloniam aggrederentur, univerſos Chriſtianos conſpiraturos ad tuendum Regnum Noſtrum, nec permiſſuros, ut eo amiſſo, Germania in-

primis Universa, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia, Svecia, Dania confinem barbarum hostem haberent & in dies singulos in discrimine versarentur. Non intelligunt hoc quidem alii, & quod dolendum est, non desunt, qui barbarum & nomini Christiano inimicum, ultro ad perniciem omnium accersunt. Sola Serenitas Vestra pro sua prudentia animadvertit, per latus Poloniæ Universam peti Europam, & ea periclitante, mox Universum nomen Christianum in periculum adductum iri. Nec cessaturos hostes, sed omni qua dabitur occasione usuros ad propagandam & stabiliendam impiam Tyrannidem. Cum ea singulorum Ottomanicæ Propaginis fuerit consvetudo, Regna Regnis suis victoriis accummulare, & ex bellis bella quærere, a quibus si modo aliis prius, aliis posterius

us imminere periculum, nec simul omnibus videatur, ad extremum tamen una omnium futura est pernicies, cum explendæ inexhaustæ cupiditatis, immensæque dominandi libidinis, quæ Asiæ, Africæ & Majoris partis Europæ non satiatur dominiis, eadem Ottomanni Sangvinis, & cupiditatis hæres meditetur, qualia & majores sui concipiebant animo, exequebantur opere, agitabantque in Consilio: quæ singula & omnia prævidere, prudentæ Serenitatis Vestræ maximè convenit, decusqué erit Serenitatis Vestræ ambientibus cæteris Christianis Principibus, quod sentirent solam Serenitatem Vestram, quod Reipubl: Christianæ expediret, non vidisse solum, sed etiam elegisse, atque Ducem,& auctorem cæteris ChristianisPrincipibus & Rebuspublicis extitisse, dum tempus adhuc patitur immanissimi ho-

ſtis libidini reſiſtendi, quæ nonniſi conjunctis viribus, mutuis auxiliis, communibus ſubſidiis, Chriſtianorum Principum reprimi poteſt, prout eorum etiam crevit inter ſe diſſidio. In fæderibus quid certitudinis, aut firmitatis poni debeat, & antiqua plura, & Noſtrum jam docet exemplum, quibus contra omne fas, & antiqua, ac recens juris jurandi religione firmata fædera, infeſtiſſimis immiinet armis. Cum ergo prudens illud Conſilium, ſalutare omnibus fuerit ſemper, in alieno diſcrimine propria curare pericula, ea Serenitas Veſtra, aggrediatur facta, iis rationibus admoveat manum, quæ barbarorum Vires Poloniæ oportunitate augeri non permitterent, & prout benignè ultro Serenitas Veſtra obtulit, faciat; ut Scoti pro Polonia pugnent, tanquam pro altera patria, cum ea

non minus ipſos, quam indigenas, maternè complectatur & foveat. Eſt Serenitati Veſtræ in Magnæ Britaniæ Regno Procerum copia, eſt populi multitudo, animi alacritate, & viribus præſtans, ſunt ampliſſimæ opes, ſuppeditat peritiſſimos rei militaris Anglia, bellicoſos Scotia, ferociſſimos Hybernia Viros, quos non ſinat Serenitas Veſtra ab alto quaſi conjunctiſſimi ſibi Regis, vicinique, & neceſſitudinum vinculô uniti populi pericula intueri, otioſeque ad Serenitatis Veſtræ etiam ditiones diſcrimen, non omnino tardo greſſu approximare. Sed prout optimum factu judicat Serenitas Veſtra, cognato ſibi, & conjuncto Principi, Sereniſſimo Regi meo adſit oportuna, & quâ ipſi licet, & glorioſum erit, ope. Et Sereniſſimus Rex meus, prout jam Serenitatis Veſtræ amplectitur erga ſe

áffectum, ita viciſſim per omnes occaſiones teſtari non intermittet, quantum Serenitatis Veſtræ cauſa cupiat, declarabitque re ipſa Serenitati Veſtræ, eum eſſe amicum, qui & feliciſſimis Serenitatis Veſtræ ſucceſſibus ex animo faveat, & ſi quid adverſi Serenitati Veſtræ immineret, non aliter, quàm ſuo proprio periculo commoveretur.

Ex Commiſſione Sacr: Reg: Mttis.

IN PRIVATA AUDIENTIA SERENISSIMI MAGNÆ BRITANIÆ REGIS.

REFERET Serenitati Regiæ, quantô Studio ipſius Regia Majeſtas apud Romanorum Imperatorem egerit, poſtquam à Sereniſſimo Britaniæ Rege eô nomi-

ne requiſita ſuæ Majeſtatis opera fuit, de ratione componendi negotii Bohemici inter Cæſaream Majeſtatem, & Illuſtrem Palatinum Rheni, Generum Serenitatis ſuæ, quamqué propenſô animo Cæſarea Majeſtas pacis componendæ rationes amplexa ſit, documento eſt, reſponſum ipſius Imperialis Majeſtatis, D. Voitonio oratori Sereniſſimi Regis Magnæ Britaniæ datum, quod ad Majeſtatem Regiam transmiſſum in Copia, à Cæſarea Majeſtate, reddet Serenitati Regiæ: nec intermiſſuram fuiſſe Regiam Majeſtatem, inſtare apud Cæſaream Majeſtatem eô nomine ulterius, ſi parem cupiditatem, tranſigendi pro æquitatis, & juris ratione ex Jlluſtriſſimo Palatino Rheni perſpexiſſet, cujus ad propoſita Cæſareæ Majeſtatis, præſtolabatur Regia Majeſtas reſponſum. Sed poſtquam tractatio compoſitionis

amicabilis victoriæ, Cæsareæ Majestatis in Bohemia, & adnexis illi Provinciis, anteverterint, cum voluntatem Cæsareæ Majestatis, Regia Majestas nondum prospectam habeat, an etiamnum rebus ipsius Cæsareæ Majestatis ex voto cedentibus pacis mentionem non aversetur, quod hac in parte agi in posterum debeat, Regiam Majestatem non posse constituere, paratam tamen esse in omnibus, in quibus liceret Sereniſſimo Regi Britaniæ gratificari.

In negotio Regni Sveciæ, quod ab injusto invasore vindicare hucusque Majestatem Regiam plurimum impedierunt, gratissimam fuisse semper Sereniſſimi Magnæ Britaniæ Regis fraternam propensionem, unde ea, quæ justæ causæ suæ Majestatis magnum sane momentum ad recuperationem Regni Sveciæ allatura fuissent, pollicebа-

tur ſibi ſemper Regia Majeſtas, ſed cum & pro tempore cogitationem recuperandi Regni Sveciæ intervertat belli Turcici moles, ex re, præſentis temporis, & rerum Statûs fore ſi Sereniſſimus Rex Britaniæ rationes iniret pacis inter Chriſtianos Principes Conciliandæ, atque ideo etiam Guſtavum, Svetici Regni occupatorem, ab infeſtanda Livonia retrahat, quo expeditius, non diſtractis Viribus Regni Poloniæ ad bellum Turcicum Regia Majeſtas intenta eſſe valeat, cum iis induciis, quas ante ſummo Studio appetierat; pro ſeptennio valituris per Reipubl: Polonæ conſenſum potiri ei jam liceat, quas ut acceptet Sereniſſimus Britaniæ Rex, efficere velit.

Societas Anglicana, in Pruſſiæ Civitatibus, etſi quam pluribus actionibus ſupremo juri Majeſtatis Regiæ refra-

gatur, Portoria, & Vectigalia jure gentium, & communi consvetudine usitatissima subterfugiendo, Magistratuum, & judiciorum formam municipali juri & consvetudini Regni Poloniæ, & Ducatûs Prussiæ contrariam, constituendo, eam tamen hucusque in gratiam Sereniſſimi Britaniæ Regis, Regia Majestas non iniquô animo tulit, sed cum inde in dies plura inconvenientia nascantur, proposuisse Regiam Majestatem, refert Sereniſſimo Britaniæ Regi, per Commissarios ad id deputatos modum, in omni negotiorum tractatione & aliis requisitis Societati huic præscribere. Qui quidem, ut & Sereniſſimo Regi Britaniæ eo magis probetur, facile eo assensum Regiæ Majestatis accessurum, ut Sereniſſimus Rex Britaniæ ex suis quempiam, iis Commissariis adjungat.

Atque etiam Principalis negotii seriam faciet mentionem, & quam firmissimis poterit rationibus, prout loci, ac temporis, nec non personarum ratio feret, ipsius Serenitatem animare conabitur, ut distrahendæ Turcicæ potentiæ seriam ineat cogitationem. Et de colligendo per nos milite in Anglia, Scotia, & Hybernia, sententiam nostram aperiet, ad idque consensum ipsius Majestatis, qui nobis ultro oblatus fuit, amanter a nobis requiret. Utque subsidium vel militum, insignis alicujus cohortis, vel etiam pecuniæ, licet mutui nomine ipsius Serenitas nobis gratiosè subministret, postulabit amanter.

Et si ex aliqua occasione daretur ratio, ut ipsius Serenitatis apud Turcam legatus, animum Turcarum Imperatoris vel ipsius Bassarum tentandum putaret, ut ad pacem nobiscum, & cum Domini-

is noſtris redintegrandam ſlectantur, expiſcabitur dextrè Conſilium Regis, atque de modis ejus rei perficiendæ accuratè aget. Id verò maximè ad propoſitum facere oſtendet, ſi Sereniſſimus Magnæ Britaniæ Rex, violati fœderis, & juris-jurandi injuriam, quâ nos afficimur a Turcico Tyranno, ad ſe etiam pertinere præferet, quod ea quæ inter Chriſtianos Principes intercedit conjunctio & neceſſitudo expoſcit, ſiquidem idem à Turca, cæteris in poſterum expectandum eſt Chriſtianis, in quo nobis non ſervatur fides.

Cum Conſiliariis Regis, quorum Conſiliis Regiam Majeſtatum inniti cognoſcet, de hoc omni negotio ſibi demandato pari deligentia aget, quatenus ipſorum conſiliis, eò inducatur Regius animus, quæ huic negotio conducere videntur, quod ipſi demandandum eſt. At-

que hæc omnia ſingulari fide, diligentiâ, & dexteritate Internuntius noſter præſtabit, nosque de omnibus certiores ſæpius facere non intermittet. Copias, earum litterarum, quæ a Sereniſſimo Rege Britaniæ ad nos recens ſunt perlatæ, in quibus ipſius Serenitas nos de ſua benevolentia atque prompto ad juvandas res noſtras animô tam in negotiis Sveticis, quam Turcarum Tyranni propulſandæ injuriæ, quæ nobis infertur certiores faciet, ex Cancellaria noſtra accipiet, atque ſingulariter eo nomine maximam nos Serenitati ipſius habere gratiam referet, diligenterque curabit, ut re ipſa eam benevolentiam Serenitatis ipſius experiri valeamus, poſt quam in iis, quæ proponimus ipſius Serenitati deſiderio noſtro reſponſum fuerit: præſertim verò, ut Induciarum negotium cum Guſtavo continuet, ita ut

perficiatur, prout litteris ſuis pollicetur, ipſius Serenitas.

Ex Commiſſione Sæ Reg: Majeſtatis.

Przy tey expedycyi Liſt do Króla Angielſkiego od J. K. Mci był taki.

SERENISSIME Princeps, Cognate & frater noſter Chariſſime, ex nuper accepto à Majeſtate Veſtra reſponſo ad noſtras litteras, quas ad Sereniſſimam Majeſtatem Veſtram dedimus, poſtquam promulgati & publicati Conſtantinopoli & per totum Ottomanicum Imperium belli adverſus Regnum & ditiones noſtras Nuncium accepimus, intellexi mus non ſine maxima animi voluptate, Serenitatem Veſtram prudentiſſimo conſilio ſuſcipere ſolicitudinem immi-

nentium malorum, quæ communis Christiani Nominis hostis Turca, jam quidem Ditionibus Nostris, subsequenti verò tempore reliquis Europæ Regnis parat. Atque in eam cogitationem eundem venire, ut non otiosus spectator vicinæ sibi flammæ & incendii Christianorum Regnorum esse velit. Quæ Serenitatis Vestræ præclara mens, átque excelsi animi Consilium, cum nobis singularem consolationem adfert, tum certos facit, Serenitatem Vestram conjunctione nostra atque necessitudine Communium ditionum id exposcente, nobis qui Potentissimi hostis bello, & immensis Viribus premimur, optimam voluntatem erga nos suam re ipsa esse probatur. Quare cum jam immanissimus hostis, ex adverso casu exercitus nostri, sibi in Valachia oppositi, insolentior sit redditus, ita ut ipsemet cunctis

Imperii ſui & Tartarorum viribus proximo verè ad bellum contra nos accingatur, majori quam unquam antea apparatu. Ex re nos facturos arbitrati ſumus, ſi de iis inſtantibus nobis periculis, ſpeciali nuncio ad Serenitatem Veſtram miſſo, Majeſtatem Veſtram Certiorem faceremus, eamque, quam Serenitas Veſtra obtulit benevole, egregiæ voluntatis teſtificationem, amanter requirentes. Dum autem is noſter ad Serenitatem Veſtram ablegatus, Jlluſtriſſimis Ortus majoribus, Generoſus Georgius Oſſolińſki Comes de Thęczyn Palatinides Sendomirien: Cubicularius Cameræ noſtræ, ea quæ a nobis in mandatis habet referet ei, ut benignas aures præbeat, fidem adhibeat, atque noſtris reſpondeat poſtulatis, a Serenitate Veſtra cupimus, & in præſentia Serenitati Veſtræ cuncta felicia precamur

optimeque eam valere felicique & diuturno Imperio frui optamus. Datum Varſaviæ.

LIST
KROLA JMCI ANGIELSKIEGO
DO
KROLA JMCI POLSKIEGO

Dawniey ieſzcze piſany.

Jacobus Dei Gratia Magnæ Britaniæ, Franciæ & Hyberniæ Rex fidei defenſor &c. Sereniſſimo Principi Domino Sigismundo III. eâdem gratia Regi Poloniæ, Magno Duci Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ Livoniæque, nec non Svecorum, Gottorum, & Vandalorum Regi hæreditario, fratri & Conſangvineo noſtro Chariſſimo, ſalutem & felicitatem. Sereniſſime Princeps frater & Conſangvinee Chariſſime.

RECTE fecit ex fide mandati Capitaneus Buclaus, quod verbis quam potuit

disertissimis fraternum amorem, & quæcunque inde oriri possunt, Officia Vestræ Serenitatis honori & bono Poloniæ publico obstrinxerit. Nihil tam magnum est in iis quæ promisimus, quin intra nostrum subsidat affectum, nihil à nostris subditis potest esse tam Officiosum, quin minus sit Vestrorum in eos meritis. Scoti præsertim beneficiorum memores, pro Polonia, tanquam altera patria pugnabunt. In amore nostro nullum dabimus pœnitentiæ locum constanter servaturi, quæ promisimus benigne; cujus propositi arrham damus quam Sultano Turcico fieri modo mandavimus denuntiationem. Accepta enim fama ingentis adversus Poloniam apparatus, ingenuè per Legatum edici jussimus, non posse nos spectatores esse in Vestræ Serenitatis periculis; & alia idgenus, quæ ad Magnificum & amicissi-

cissimum Weyher perscripsimus, & hujus Buckii memoriæ credidimus, cujus nomine, gratias debemus, quòd Vestræ Serenitatis, justam expectationem, benignò firmant responso. Interea Deo exercituum, vestras opes, dignitatemquè Regiam, & Polonici Regni fortunam commendamus, honoratam è Cælis mendicantes pacem, vel si aliter visum est supremæ Providentiæ, glorioſam post pericula victoriam. Datum die 19. Maii Anno Domini 1620.

DRUGI LIST TEGOZ.

JACOBUS &c. Sereniſſime Princeps, frater, & Consangvinee Chariſſime: Præter civilia illa, quibus Christianus orbis laceratur dissidia, audimus, proh dolor! externi hostis terribiles ab oriente apparatus, destinariquè sedem imma-

nis belli, multis nobis dilectam nominibus Poloniam, quam ex facili credit Sultanus, hoc tempore ferri posse, agiquè, dum cæteri suis impediuntur armis, nec vacat occupatis, vicinorum ruinas, & clades respicere. Ita singuli propriâ cæci cupiditate perditum eunt Rempublicam, & modò vindictæ fiant compotes, non recusant certum internecionis adire periculum. Quæcunquè demum acciderint, testabitur, (quanquam serius fortasse) vexatus orbis, nihil mediatoris inopiæ contigisse, quo in testimonio, & Vestræ Serenitatis consensum, certissimè speramus. Eadem solicitudo, Vestriquè & Regnorum Vestrorum cura, ingruente tanti hostis metu, Svecicarum Induciarum nobis refricuit memoriam, quas hoc tempore renovari, nemo est, qui non videat, è re nostra esse, scilicet, ut unitis copiis, hosti eatis

in occurſum, à tergo ſecuri. Sveco etiam ſtudioſè idem conſuluimus,& ſi Veſtrâ Serenitate, fieri intelleximus volente, non omittemus porro idem petere, donec impetratum erit.

Quæ, ſi ab amico animo, & Veſtræ dignitatis ſtudioſo, proficiſci iudicaverit Veſtra Serenitas, largum ſatis feremus operæ noſtræ pretium, quibus hoc unicè propoſitum eſt, de Veſtris, & Chriſtiani orbis afflictiſſimis rebus,quàm optimè mereri, & conſcientiam puram affectibus Deo probare, qui mentem Veſtram regat, Conſiliaque, & manus dirigat, ad optimos providentiæ ſuæ fines. Datum die 16. Octobris Anno Domini 1620.

LITERÆ
CÆSAREÆ MAJESTATIS,
AD
MAJESTATEM REGIAM
IN NEGOTIO BOHEMIÆ PACANDÆ.

FERDINANDUS II. Divinâ favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, & Vitembergæ, Comes Tyrolis &c. Sereniſſimo Principi, Domino Sigismundo III. Regi Poloniæ & Sveciæ, Magno Duci Lithvaniæ, ac Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, &c. Cognato, affini, & vicino Nostro, salutem & mutuam benevolentiam.

SERENISSIME PRINCEPS,
COGNATE, AFFINIS, ET VICINE CHARISSIME.

QUAM ingens Sereniſſimus Magnæ Britaniæ Rex deſiderium præſeferat, ut in Regnis, atque ditionibus noſtris

concitatus belli fervor leniore via ſedari, optatæquè pacis reſtaurandæ modus inveniri queat, quorſum, & ipſe omnem operam, ſtudiumquè conferre ſit paratus, ex nuperis, Serenitatis Veſtræ literis Kalendis Septembris exaratis, & iisdem conjuncto epiſtolæ exemplo diſtinctè intelleximus, ea quæ fidenter ad nos referre voluerit, magnas Serenitati Veſtræ gratias habemus, quam viciſſim ſecuram reddimus, nos à primo regiminis noſtri auſpicio, atque etiam nunc omnibus votis bello huic Civili pacem antetuliſſe, modò tolerabiles, & ſuprema Majeſtate noſtra non omnino indignæ conditiones, ſive à Rebellibus ipſis, ſive à quoquam alio pacis cupido propoſitæ, iſthuc nobis viam ſtraviſſent, in quem ſenſum ſupradicti Regis Legato, in Aula noſtra Cæſarea commoranti, dum illius quoquè

rei mentionem iniicerent, disertè respondimus, uti Serenitas Vestra, ex adjunctis copiis accuratè perspiciet. Et hanc quidem resolutionem nostram, ille Regi suo transmisit, atque Cursorem proprium subitò ad Palatinum, Pragam expedivit, utrinquè porro quid consequatur, ubi ad nos renuntiatum fuerit, Serenitatem quoque Vestram, pro mutua fiducia nostra certiorem reddemus. Periculi magnitudo, quam à Turcis, & Tartaris regno suo imminere Serenitas Vestra denuntiat, non uno respectu, ad nos quoquè magnopere pertinet. Et si valde nos solatur, quòd Divinam plerumquè Majestatem ruptorum fœderum Autores, acrem vindicem, atque ultorem senserint, & totô orbe celebratus, ipsisque Barbaris malô suo non ignotus, inclitæ Nationis Polonicæ generosus animi vigor, vir-

tusque militaris nondum emarcuerit, à nobis, quid Serenitas Vestra hoc loci permittere sibi queat, & quo in Cardine afflictionum nostrarum Status versetur, diffusius à Legatis nostris, intelliget, quos ad solemnia Regni istius comitia, plenis mandatis instructos, intra biduum expedimus. Ad illos nos remittimus, & Serenitatis Vestræ glorioſum per ardua & aspera Triumphum, cum Christiani orbis concursu, atquè gaudio ominamur. Datum in Civitate nostra Viennæ die 11. Mensis Octobris, Anno Domini 1620. Regnorum Nostrorum Romani, *2do.* Hungarici *3tio.* Bohemici verò *4to.*



COPIA RESPONSI

CÆSAREÆ MAJESTATIS,

SERENISSIMI MAGNÆ BRITANIÆ REGIS,

L E G A T O.

SACRA Cæsarea, & Hungariæ, Bohemiæquè Regia Majestas, Dominus Noster Clementissimus, benignè intellexit, quæ eidem Sereniſſimi Magnæ Britaniæ Regis Legatus extraordinarius, D. Henrycus Woltoni, circa exortos in Regno Bohemiæ, aliisque Provinciis eidem incorporatis, motus ſedandos, cùm viva voce, tum ſcripto compendioſo propoſuit, atquè explicavit. Atquè Majeſtas ſua Cæsarea, Regiaquè breviter repetendum duxit, uti nupero, dicti Sereniſſimæ Magnæ Britaniæ Regis Legato, Vice-Commiti Doncaſtrio fuſius,

& velut ad oculum demonſtrari curavit, quæ mens atque intentio ſua, jam tum à primo Regiminis ſui in dicto Regno, ſuſcepti exordio fuerit, ut repoſitîs armis ſubditi, ad obedientiam reduci, & difficultatibus leniorî via compoſitis, alma pax Patriæ reſtitui poſſet. Quem in finem Majeſtas ſua facile à ſe impetrari ſinit, ut primarii S. Rom: Imperii Electores & Principes, nullis omnino affectibus, vel paſſionibus præoccupati, quascunquè rationes commodas, & oportunas inirent, quibus ſcopus iſte pacis & tranquillitatis publicæ reducendæ, obtineri quoquomodo potuiſſet. Quorum conatus, poſtquam obduratis Palatini, & rebellium animis fruſtra ceſſiſet, non alia, quàm armorum via Majeſtati ſuæ ſuperfuerit, quam tandem, uti deſperatis morbis extrema ſunt remedia adhibenda, neceſſitas inire

ſvaſerit. Et ſi proinde negotiis, culpâ rebellium uſque adeo exulceratis, alius tractatus interpoſitionis jam pridem permiſſus fuerat, vel ab aliis etiam, atque ab ipſomet quidem Domino Legato, Sereniſſimi Magnæ Britaniæ Regis propoſita fuerint, clementer Majeſtas ſua declarat, ea haud gravatim auditurâm, atque ita ſe deſuper reſoluturam, quemadmodum ab innata Majeſtati ſuæ Cæſareæ, ejuſdemque Auguſtæ Domui benignitate, & clementia meritò ſperari debet, quippe cum unicum pacis redintegrandæ, & ſtabiliendæ in omnibus Conſiliis; & actionibus ſuis ſcopum præfixum habeat, nec aliud, quàm Dei gloriam, Reipublicæ tranquillitatem, ſubditorum quietem, ſolidamquè cum orbis Chriſtiani Regibus, & Principibus amicitiam, & nunquam violanda bonæ vicinitatis jura ſpectet.

Porro, ad merita cauſæ Principalis, & tumultuum horum originem, & progreſſus, cæteraque iſthuc pertinentia, quod attinet, meminit Majeſtas ſua Cæſarea accuratam, & prolixam totius negotii informationem, jam olim ſupradicto Vice-Comiti Doncaſtrio traditam fuiſſe, neque dubitat, quin in Angliam reverſus, eandem Serenitatem Regi ſuo fideliter, & ex amuſſim repreſentaverit, unde manifeſtè & luce meridianâ clarius liqueat, quôcunquè turbulentiæ iſta prætextu velentur, meram, & notoriam, omnibusquè Regibus, & Principibus exemplo perniciosam, adeoquè extremè abominandam hanc eſſe rebellionem ſubditorum, qui absque ulla cauſa, & ne leviſſimâ quidem injuriæ umbra laceſſiti, legitimi Domini, Regisquè ſui proclamati, uncti, ſolenniter coronati, & ab Auguſtiſſimo Imperatore, Sa-

croquè Romano Imperio inveſtiti, obedientiæ, contra fidem datam, & juratam ſeſe ſubtraxerunt, quo magis etiam frivola, & ab omni æquitate & ratione aliena conſtat eſſe argumenta, quibus ad occupandas, contra jus, fasque provincias alienas, & quidem Domini ſui Electi ſui, Romani Imperatoris, Palatinus ſeſe induci paſſus eſt. Ultraque omnia, ſi adhuc pleniorem facti informationem, Dominus Legatus deſideret, Majeſtas ſua Cæſarea benignè annuit, & quo id fiat, nonnullis Miniſtrorum ſuorum clementer injunget.

Cæterum Majeſtas ſua Cæſarea omnino ſibi perſvaſum habeat, ſi Sereniſſimus Britaniæ Rex præſentem Regionum harum conditionem coram intueretur, pro ſingulari æquitate & prudentia ſua, omnino æſtimaturum, nulla penitus ratione convenientem, hôc tem-

pore futuram armorum ſuſpenſionem, cujus mentionem D. Legatus iniecerat, quinimo ipſummet quoquè D. Legatum, poſtquam in aula hac præſens, quis rerum Status ſit intelligit, ab hoc poſtulato ſuâ ſponte deſtiturum nequaquam dubitat.

De libero tranſitu curſoribus, ultrò citròquè permittendo, animadvertit Majeſtas ſua Cæſarea, rem hanc pluribus difficultatibus non caritutam, benignè tamen providebit, ut ſi D. Legato Nuntios, vel Curſores Pragam expedire libuerit, eisdem ſalvus conductus, ex parte Majeſtatis ſuæ Cæſareæ tribuatur. Eà tamen conditione, ut non aliàs, quàm dicti D. Legati literas deferant, & hoc quidem ad puncta per D. Legatum propoſita, Majeſtas ſua Cæſarea reſpondenda cenſuit, quæ Sereniſſimi Regis, Magnæ Britaniæ egre-

giam animi moderationem, quam in hiſce Reipublicæ turbis, atquè procellis adhibuit, benigniſſimô ſenſu interpretatur, ſequè ad mutua benevolentiæ ſtudia, eaque omnia præſtanda, quæ Serenitati ſuæ, ejuſdemque Regnis & Provinciis grata accidere queant, nunquam non propenſam fore declarat. Ipſi verò D. Legato gratiam ſuam Cæſaream, Regiamque conſtare cupit. Datum Viennæ die 9. Septembris Anno 1620.

Liſt Oſſolińſkiego do Króla.

ZARAZ po pocałowaniu ręki W. K. Mci, wyiechawſzy z Warſzawy, o tom ſię ſtarał, abym bez omieſzkania na mieyſce mnie od W. K. Mci Pana mego Miłościwego naznaczone przybył.

Jakoż za łaſką Bożą, iużem do Hamborku doiachał, lubo mi to kolić przyſzło, y obieżdżać, ledwo nie Morſkim brzegiem dla niebeſpiecznych pod tak zamieſzane czaſy, przeiazdów. Spodziewam ſię zatym czterech Niedziel więcey w drodze nie ſtrawić, byle mię prędka zimy rezolucya nie zatrzymała, która w tak niſkich kraiach zwykła być podrożnym wielką przeſzkodą. Jakożkolwiek iednak, o to ſię z pilnością ſtarać będę, abym ſprawom W. K. Mci, Pana mego Miłościwego nic nieomieſzkał, day tylko Boże wſzyſtko ſprawić, według woli y żądania W. K. Mci, Pana mego Miłościwego. Obſtalowałem tym czaſem, aby prędka wiadomość odemnie chodzić mogła, żebyś tym prędzey W. K. Mość Pan móy Miłościwy informowany być raczył, czego ſię z tego ſam kąta ſpodziewać. Na

ten czas ſamego ſiebie z nayniżſzemi poſługami memi kładę pod nogi W. K. Mości, Pana mego Miłościwego. Dan z Hamborku die 22. Februarii 1621.

CEDULA.

OZnaymuię W. K. Mci, Panu memu Miłościwemu, że Pſaltsgraf, iako ſkoro z Kościerzyna wypadł, u Xiążęcia Brunświckiego przez wſzyſtek czas dyſzał, ſolicytuiąc adherenty ſwoie *ad novos tumultus*. Jakoż w tych dniach do Segembergu ziachać ſię maią; ſpodziewaiąc ſię tamże *in perſona* Króla Duńſkiego, ale to iuż *ſera Conſilia*. Zwycięſtwa Ceſarza Jmci, tak wſzyſtkich potrwożyły, że *nec hiſcere plus audent*. Miaſta te, tu mianowicie *favorem captant*, boiąc ſię o ſkórę. Król Angielſki do pacyfikacyi rzeczy wiedzie *Virium* nic

a nic

a nic nie ſpoſabia. W Niderlandzie, zá wychodzącym przymierzem, obie ſtronie *arma expediunt*, zaczym y Holendrom trudno będzie o Pfaltsgrafie myślić, gdzie Domá potęgi potrzeba. To ieſt, com na ten czas rozumiał godnego wiadomości W. K. Mci Pana mego Miłościwego, napotym, y z drogi, y z mieyſca nie omieſzkam doſtatecznie W. K. Mci Panu memu Miłościwemu dawać wiadomości.

Liſt tegoż, do Sekretarza Wielkiego Koronnego.

ROzumiałem rzecz potrzebną ozwać ſię J. K. Mci, y WMć Panu, żebym pokazał, iż w tey drodze tak dalekiey, y niebeſpieczney, nic nie omieſzkam, y o tym dam znać, cobym rozumiał potrze-

bnego do wiadomości J. K. Mci. Jakoż, czegom się tylko mógł dowiedzieć w tym tu kącie, w którym wszystkie swoie, przeciwna Cesarzowi Jmci strona, pokłada nadzieie, osobną cedułą wypisałem J. K. Mci. Toż, y daley czynić bądę, tak z drogi, iako y z samego mieysca. A iż ieden punkt Poselstwa mego iest, starać się o wolne zbieranie ludzi na J. K. Mość, w Państwach Króla Angielskiego, WMć Pana proszę pilnie, abyś się dowiedzieć raczył u J. K. Mci, komu tych ludzi zbierać rozkaże, gdyż iá nic niewątpię, że Król Angielski bez trudności pozwoli, zaczymby ie zaraz zaciągać przyszło. Bo czekać dopiero na wiadomość, rozumiem, żeby iuż nierychły y daremny był zaciąg. Teraz zaś, gdyby prędka J. K. Mości w tey mierze nastąpiła rezolucya, mogliby *adesse tempori.* Raczże mię

WMMć Pan informować zawczaſu, abym zaś potym na mieyſcu darmo czaſu nie trawił; żeby prędka odemnie, y do mnie mogła dochodzić wiadomość, obſtalowałem, tylko WMćPan racz ſwe Liſty dyrygować do Jmci Pana Woiewody Łęczyckiego, albo do Jonaſa Smidla, do Poznania, nic niewątpiąc, że prędki od WMćMPana odnioſę reſpons. Oddaię ſię zatym pilnie z poſługami memi łaſce WMćMPana. Dan z Hamburku 22. Februarii 1621.

Liſt Oſſolińſkiego do Króla.

LEDWO co z Hámburku wyiachawſzy, zaſkoczyła mię, iakom ſam ſobie tuſzył, ſolucya zimy, w nayniżſzych y naygorſzych kraiach, dla którey, lubo to częſto powòz odmieniaiąc, prę-

dzey do Antverpii przybyćiem nie mógł, zkąd nic nieomieſzkaiąc, do Kaletu iadę, ztamtąd zaś, iak prędko mi morze, y wiatry dopuſzczą do Londynu, gdzie ſpodziewam ſię, że Króla Jmci Angielſkiego zaſtanę, bo w tych przeſzłych dniach, tam Seym odprawował, na którym, gdy był od poddanych ſwoich pilnie ſollicytowany, aby ſię Ceſarzowi Jmci, y Królowi Hiſzpańſkiemu z nieprzyiaźnią, a zatym, y z otwartą woyną deklarował, przypaść, na to żadną miarą niechciał, na to tylko ſnać pozwolił, żeby Pfaltsgrafa ratować *ad conſervandum Palatinatum tantum*, Króleſtwa Czeſkiego, ani ſię tykaiąc; ale wątpię, aby, y tam co ſprawili, bo Spinolla mieyſca doſtane mocno fortyfikuie, y potężnie oſadza, inſzych co dzień doſtawa, y około Frankuntalu, naypotężnieyſzey tamtych mieyſc for-

tecy , a Niderlanckich Hugonothów Kolonii pilnie przemyśliwa (o czym tu , lada dzień nowiny oczekiwaią) abo o Wormatycy, bo na iedno z tych, iuż zdawna zmierza.

O Pfaltsgrafie ſam cicho, iakoż około Hamburku zapadł widzę, że mu nieſpore *ſubſidia*. Ale o tym wſzyſtkim z Londynu doſtatecznieyſzą będę mógł W. K. Mci P. memu Miłościwemu dać wiadomość. W tuteyſzych ſam zaś kraiach, animuſze ludzkie, *inter ſpem* pokoiu (którego *commoda* bardzo im ſmakuią) a *metum belli pendent*; z obudwu ſtron wielkich *præparamenta* widzieć nie mogę, y to, co czynią, iakby niechcąc, lada dzień oczekiwaią w Bruxellach Poſła Angielſkiego, który dla prolongacyi wychodzącego przymierza między tutecznemi Państwy, ieſt wyprawiony. We Francyi, y tam pokoiu nie-

masz z Hugonotami, którychby chciał *in ordinem redigere* Król tamteczny. Więcey nic niemasz godnego wiadomości W. K. Mci P. memu Miłościwemu; ponowili się co bądź z drogi, bądź z mieysca, nieomieszkam oznaymić. Na ten czas samego siebie z nayniższemi posługami memi, kładę pod nogi Majestatu W. K. Mci Pana mego Miłościwego. Z Antwerpii die 14. Martii 1621.

List tegoż, do Kanclerza Wielkiego Koronnego.

WEDŁUG rozkazania, y informacyi, Wmć MPana, za każdą okazyą odzywam się z drogi do J. K. Mci, Pana mego Miłościwego. Pierwsze listy z Hamburku, iż pod niebytność Wmć MPana

przyiść miały, dyrygowałem do Jmci Xiędza Sekretarza Wielkiego. Teraz, iż mniemam, że te poślednieyſze, Wmć MPana u Dworu zaſtaną, ſamemu ſię Waſzmość Panu odzywam, przy oddaniu uniżonych, y powolnych poſług moich, coby ſię ſam w tych kraiach działo; więc y to, co w okolicy ſłyſzeć, wypiſałem ſamemu J. K. Mci. *Fatalis* to iakiś, zamięſzania wſzyſtkiego Chrześciańſtwa rok, ze wſzyſtkich ſtron *armorum ſtrepitus*, atoli iednak doſyć z ſiebie czyni Król Angielſki (iako ſam wſzyſcy świadczą) że te tumulty, nietylko nie *fovet*, coby ſnadnie mógł, ale y owſzem, ile może *materiam ſubtrahit*, do pokoiu wſzyſtkich prowadząc. Y teraz na tym Seymie, który w Londynie odprawował, nie dał ſię ruſzyć prozbom poddanych ſwoich, którzy tego żądali, aby przyiaźń

Cesarzowi Jmci, y Królowi Hiszpańskiemu wypowiedział, aby Pfaltsgrafowi *subsidia*, iakie z Państw iego iść miały na rekuperowanie Królestwa Czeskiego, niesłusznie pod własnym Panem okkupowanego; na to tylko snać przypadł, żeby go ratować do zatrzymania iego dziedzicznego Państwa *Palatinatús*, ztąd Wmć MPan snadnie obaczyć możesz, co iego za intencya, y czego po J. K. Mci potrzebować będzie. Zaczym uniżenie proszę, abym prędką, a dostateczną od Wmć MPana mógł mieć informacyą; co za *mens* w tey mierze J. K. Mci, ieżeli iakiey w tey mierze Cesarza Jmci niemasz deklaracyi. Bo ieżelibym dopiero w ten czas o informacyą Wmć MPana miał prosić, gdy w Londynie będę, y po nię dopiero posyłać, musiałbym kilka Miesięcy na mieyscu strawić, bez żadney w Spra-

wach J. K. Mci rezolucyi, co ieśli *expedit in tam anguſtis rebus noſtris*, y tak w ściſłym czaſie, *judicio* Wmć MPana poruczam. Ale y móy koſzt w takiey drogości, a wielkiey na pieniądzach utracie, znieśćby tego nie mógł, lubom ſię ia to, iako nayſkromniey być mogło, wybrał, nie przeciwiaiąc ſię drugim, ani tych w tey mierze naśladuiąc, którzy dla próżney ambicyi, *præſcriptos* ſkromności *limites exceſſerunt*, naywiękſza moia ambicya, abym to, za pomocą Bożą dobrze ſprawił, co *meæ fidei commiſſum*, iakoż na pilności, y czułości moiey, nic nie zniydzie, byle Pan Bóg nakłonił ſerce Króla tamtego, do woli, y żądania J. K. Mci Pana mego. Jeſtem przy tym pewien, że WmćMPan, iakoś mię raz wziął na promocyą ſwoię, nieopuściſz okazyi zalecenia poſług moich Jego Królewſkiey Mci. Co ia, Wmć

MPanu, y wſzyſtkiemu zacnemu Domowi Wmć MPana, wſzelaką wdzięcznością y powolnością, płacić będę powinien. Na ten czas oddaię ſię teyże łaſce Wmć MPana, z uniżonemi poſługami memi. Z Antwerpii die &c.

Liſt tegoż, do Sekretarza Wielkiego Koronnego.

Z HAMBURKU piſałem do WmćPana, daiąc znać o ſobie; ztamtąd wyiechawſzy, to mię podkało, czegom ſię obawiał, że mię rezolucya zimy tam, gdzie naygorzey, zaſtać miała. Jakiem delicye miał w nizinach Weſtfalſkich, albo po groblach Olenderſkich, możeſz Waſzmość Pan ſobie imaginować. Atoli trzy Niedziele, w drodze ſtrawiwſzy, z wielkim trudem, y kłopotem przywlokłem ſię do Antwerpii. Zkąd,

bylem się tylko, y czeladź przyodział, do Kaletu wyieżdżam, tam iuż *ventis salutem committere*, trzeba będzie, *& fragili rati*, day Boże, do naznaczonego Portu zdrowo przypłynąć. Piszę do Jmci Xiędza Kanclerza, oznaymuiąc, co za *mens* Króla Angielskiego, ile tu wyrozumieć mogę, w sprawie Pfaltsgrafowey: to iest, że iako na Państwo Cesarza Jmci, a mianowicie Królestwo Czeskie, pomagać mu niechce, tak zaś przy zachowaniu dziedzicznego Państwa iego, opowiada się, ieżeliby Cesarz Jmć, *ex innata Clementia* zachować go przy nim niechciał. Zkąd łacno *colligere*, czego po J. K. Mci potrzebować będzie, zaczym, iako Jmci Xiędza Kanclerza, tak y Wmć MPana, pilnie proszę, abym mógł wiedzieć, ieżeli J. K. Mość iaką w tey mierze Cesarza Jmci deklaracyą mieć raczy, gdyż dopiero z Lon-

dynu iey zasiągać, byłoby *cum summo dispendio temporis*, a zatym, z niepowetowanym sprawom J. K. Mci omieszkaniem. O sposobie przesłania do mnie listów, dałem Wmć MPanu znać z Hamburku, zaczym, nic nie wątpię, że prędką z łaski Wmć MPana mieć będę wiadomość. W sprawie Kapitana Bocka, pisałem do Wmć MPana ztamtądże, pokornie, y teraz proszę, abyś Wmć MPan koszt, y pracę, tak ochotnego Cudzoziemca J. K. Mci zalecić, y przyczynić się za nim raczył, żeby miasto nadgrody, wielkiey utraty nie popadł w tym zaciągu swoim. O sobie samym, nic nie przypominam, pewienem ia, że łaska Wmć MPana, iest przeciwko mnie nieodmienna, zaczym, y tegom pewien, co za sobą zwykła łaska pociągać, którey się na ten czas oddaię, z powolnemi posługami memi. Z Antwerpii &c.

Jaśnie Wielmożny Mości Panie Woiewodo Łęczycki, móy wielce Mci Panie y Szwagrze.

MAM ia to na dobrey pamięci, co wdzięczność sama po mnie wyciąga, abym często sobie przypominał wielkie łaski Wmć MPana, które wolę *fovere animó*, aniżeli słowy, zostawuiąc sobie do pierwszey, którą ia sobie życzę, okazyi, pokazanie moiey przeciwko WmćMPanu, serdeczney powolności, y uprzeymości. Z Hamburku, przy pierwszych listach, którem do Dworu wyprawił, dla tegom WmćMPana, pisaniem mym turbować nie chciał, że nic takiego godnego nie było wiadomości WmćMPana, y tu nowin nie wiele; atolim się iednak przecię wolał ozwać, żebym się nie zdał być *immemor*

powinności moiey, y rozkazania Wmć MPana. Pfaltsgrafa, iakom odiachał mila od Hamburku, tak o nim cicho; rozumiem, że *emendicatis ſuffragiis* nie wiele wſkóra. Król Angielſki, w Londynie Seym odprawował, na którym to konkludował, lubo inakſza prożba była poddanych iego, żeby cała przyiaźń z Ceſarzem, y Królem Hiſzpańſkim zachowana była. Nie daiąc Zięciowi żadney na cudze Państwa pomocy, przy konſerwacyi iednak iego Państw dziedzicznych, to ieſt: *Palatinatus* opowiada ſię. Poſła zatym wyprawił do Arcy-Xiążęcia, do Bruxelli, częścią, dla pacyfikowania Zięcia ſwego, y odwabienia Spinoli, od zaczętego goſpodarſtwa, częścią dla prolongowania wychodzącego przymierza, między Państwy tutecznemi. O śmierci Papieſkiey, y Elekcyi nowego Papieża Grzegorza,

XV. rozumiem, że iuż WmćMPan wiedzieć raczyſz, wielkie zaprawdę *Omen*, że Pan Bóg niechce do końca zgubić Chrześciańſtwa, iż tak godną *capitis Eccleſiæ* dał elekcyą, o iakiey zdawna nie ſłyſzeć było, ile tego, który przedtym ledwo dwie lecie był Kardynałem. Więcey ſam nowego nic nieſłychać; z Londynu, co będzie nie omieſzkam dać znać, oddaiąc ſię na ten czas, z uniżonemi poſługami memi, łaſce WmćMPana. Z Antwerpii die &c.

Liſt Oſſolińſkiego, do Króla Jmci.

OZNAYMUIĘ W. K. Mci, Panu memu Miłościwemu, żem z łaſki Bożey, na mieyſce, mnie od W. K. Mci, Pana mego Miłościwego naznaczone, przyiachał 27. Martii, z niemałym na Mo-

conteſtando, za tą okazyą winſzowałem mu nowo-narodzonego Synowca, z wielką iego *uti præferebat*, pociechą, ieżeli ſzczerą, tego nie wiem. Tegoż dnia doſzło mię piſanie W. K. Mci, Pana, y Dobrodzieia mego Miłościwego, w którym mnie Woiewodą Sendomierſkim mianować raczyſz, nie bez wielkiey konfuzyi moiey, gdym reflexyą uczynił, na niſkość, y nikczemność *qualitatum mearum*, wyſokości mieyſca naznaczonego nie proporcyalnych. Wſpomniawſzy iednak, że iednego proroka *unctia* oraz mogła dać ducha prorockiego z Króleſtwem, wziąłem otuchę, że pogotowiu za wokacyą Pomazańca Bożego, mogłem y ia być *Saul inter Prophetas*. Jeſtem ia proſta glina w rękach W. K. Mci, Pana, y Dobrodzieia mego, racz ſam *formare* naczynie, iakie ſię podoba do uſługi ſwey, y panowania

ſwe-

swego, cokolwiek doskonałości nie dostanie, *supplebit* uniżona wdzięczność z stateczną wiarą, y powolnością, nigdy się nie zasadzaiącą. Teraz pokornie W. K. Mci, Panu, y Dobrodzieiowi moiemu podziękowawszy, przedsięwziętą tygodniową kończę robotę; w niedzielę bowiem przeszłą, miałem audyencyą u Cesarza Jmci, gratuluiąc imieniem W. K. Mci, nowo narodzonego Wnuka, co z wielką przyiął wdzięcznością, siła sobie dobrego ominuiąc po tym potomku *repromissionis*. Kommunikowałem mu oraz wiadomości, o następuiących na przyszłe lato, zamysłach Tureckich, przeciwko Królestwu Węgierskiemu, perswaduiąc, aby zawczasu tamtey ścianie chciał *providere*, nietylko gotowością woysk, ale y uspokoieniem, ile może być, krwawych Sąsiedzkich zawodów. Na ostatek, prosi-

łem o prędką odprawę, y interpozycyą do Kurfirſztów Ichmciów, aby mię dłużey bawić nie chcieli. Co wſzyſtko mile barzo przyiął z ofiarowaniem tego, czegom potrzebował. W poniedziałek weſpoł z Xiędzem Kapucynem traktowałem z Poſłami Hiſzpańſkiemi, w czym ſię także na iego relacyą zupełnie referuię. We wtorek z Xiędzem Biſkupem Wiedeńſkim niektóre *dubietates* około odprawy moiey uprzątnąłem, mianowicie w punkcie Interpozycyi Ceſarza Jmci, ze wſzyſtką Rzeſzą w uſpokoieniu prawa dziedzicznego W. K. Mci, Pana mego Miłościwego. Dzień wczorayſzy ſtrawiłem wſzyſtek na ſollicitacyi odprawy moiey, którey iednak dnia *præciſè* dotąd nie wiem, atoli ſpodziewam ſię, że mnie daley poniedziałku dłużey trzymać nie będą, zaczym to oſtatnie w Regenspurku piſanie mo-

ie do W. K. Mci, Pana mego Miłościwego posławszy, sam się pospieszać będę, do pocałowania dobrotliwey ręki W. K. Mci, Pana mego Miłościwego. Z strony Traktatów Kolońskich, inszey tu nie masz wiadomości nad tę, którą w przeszłych listach moich wypisałem. Woyna zaś Francuzka, swym się trybem toczy. Kardynał Infant, w oczach Króla Francuzkiego, Brata iego, ba y *Generalissimi* ich Kardynała Rychelliego, *Corbei* sukkurrował, wprowadziwszy ośmset wozów, wszelakiey municyi, y ludzi świeżych dostatek; z drugiey strony Gallas, w Xięstwie Burgunckim dowodzi; iuż tu z Niderlandu pisano, że poraził Kardynała Vallete, ale póki odniego samego nie masz wiadomości, nie śmiem tey nowiny *canonisare*. W sprawie Brunświckiey, W. K. Mci, Pana mego Miłościwego, prędkiego spodzie-

wam ſię końca, za wyſłaniem oſtatnich mandatów, które, że muſiały ieſzcze *intercedere* (lubom *in condemnatione* dotąd *urgere* wielką pilnością, y naſtępowaniem *non deſtiti*) prawa tuteyſze koniecznie wyciągnęły. Kładę zatym ſiebie ſamego z uniżonemi poſługami memi, pod nogi Majeſtatu W. K. Mci, Pana mego Miłościwego. Dnia 6. Nowembra.



RESPONS
NA POSELSTWO
OSSOLINSKIEGO
OD SEYMU RZESZY NIEMIECKIEY
D A N Y.

QUÆ non ita pridem nomine Sereniſſimi ac Potentiſſimi Poloniæ & Sveciæ Regis, ac Domini, Domini VLADISLAI IV. &c. &c. Eminentiſſimo, ac Sereniſſimo Electorali Collegio gravi admodum, & dignâ oratione expoſuit Regiæ ſuæ dignitatis Legatus, Jlluſtriſſimus, & Excellentiſſimus Princeps, Dominus Georgius Oſſoliński, Dux de Oſſolin, Regni Poloniæ Senator, & Palatinus Sendomirienſis &c. prædictum Collegium benigniſſimâ animi in-

clinatione, & perquàm libenter intellexit, utpote quæ Regiæ ſuæ dignitatis optimi, & amiciſſimi, erga Sacrum Romanum Imperium, ac Nationem Germanicam, ejuſquè quietem, & commoda procuranda affectûs, luculentum omnino teſtimonium continebant; meritò itaque jam dictum Eminentiſſimum, ac Sereniſſimum Electorale Collegium Regiæ ſuæ dignitati maximas in primis pro tam benevola ſalutatione, & oblatione verè Regia, pacis videlicet in Imperio promovendæ, gratias refert, quodquè ea potiſſimum de cauſa Electoralem hunc Conventum illuſtri hac legatione condecorare, ſimulquè, quantum ex Germaniæ noſtræ calamitatibus ac miſeriis dolorem ſentiat, tam præclarè teſtari voluerit, Illuſtriſſimum ac Excellentiſſimum Dominum Legatum ſtudioſè rogans, ut ſuæ

Regiæ dignitati paratiſſima ejuſdem Collegii officia viciſſim offerre, ſimulquè ejus nomine ſpondere velit, Electorales ſuas Celſitudines & Serenitates, nihil unquam intermiſſuras, quidquid viciſſim boni, ſua ex parte tàm in Regiæ dignitatis propria, quàm Regni Polonici communia commoda, & emolumenta præſtari poterit, precanturquè ex intimo cordis affectu, ut quemadmodum divina Majeſtas Regiam ſuam dignitatem diverſis, iisquè maximîs triumphis contra ſuos, & univerſi nominis Chriſtiani hoſtes, aliosquè infideles cum immortali ejusdem gloria condecoravit, ita etiam eandem tam Regnis ſuis, & Provinciis, quæ firmiſſimum omninò orbis Chriſtiani, ſub tam prudenti præſertim & victorioſo Rege, munimentum, & propugnaculum conſtituunt, quàm univerſæ Chriſti fidelium

Reipublicæ plurimos annos in omni desiderato splendore, & prosperitate Regia conservet. Non potuisset sanè tanti nominis Rex præter ea, quæ jam ante contra Turcas, aliasquè Barbaras gentes longè maxima & celeberrima collocata habet, augustius in Germania nostra monumentum sibi statuere, quàm quòd partæ Domi pacis dulcissima prorsus & optatissima commoda, in eam quoquè derivare Christianò Rege dignissimîs conatibus adlaboret. Sicut enim Regia dignitas illud jure optimò ornamentum meretur, quò nullúm Principe fastigio dignius pulchriusquè est, illam videlicet Coronam ob proprios Cives servatos, ita etiam dum de aliorum Regnorum quiete, & tranquillitate cogitat, tàm eam, quæ verè Regia laus est, meritò consequitur, quàm etiam verum, amicissimi, Sacro Roma-

no Imperio Regis officium exequitur, hoc præsertim accedente, si prout hactenus, ita & inposterum (quô nomine suam Regiam dignitatem, Eminentissimum, & Sereniſſimum Electorale Collegium plurimùm rogat) atrociſſimi & immaniſſimi Chriſtiani nominis hoſtis, tanquam in proximiori ejusdem conſiliorum, & actionum ſpecula conſtituta, intentiones & apparatus cognitos ſibi faciat, & ſi quod rei Chriſtianæ periculum imminere judicaverit, de eo tam Sacram Cæſaream Majeſtatem, quàm alios, quorum intereſt Reges, & Principes, maturè certiores reddiderit, ut tantò citiùs rebus ſuis proſpicere, & de communi hoſte, communibûs viribus propulſando, conſilia inire, & media arripere queant. Quantô ſtudio & conatu Sacra Cæſarea Majeſtas adlaboraverit pacem tam Imperio, quàm

orbi Christiano restituere, cùm id Sereniſſimo Potentiſſimoquè Poloniæ & Sveciæ Regi, ejusdemquè Jlluſtriſſimo Domino Legato ſatis perſpectum ſit, non exiſtimat Eminentiſſimum, ac Sereniſſimum Electorale Collegium operæ pretium eſſe, hôc loco latiùs deducere, iis tamen, qui nullam hac in parte informationem habent, id ipſum ſatis teſtabuntur ſuæ Cæſareæ Majeſtatis exantlati hac in parte immenſi labores, moleſtiſſima ac ſumptuoſa itinera, & diverſi conventus in ejusdem præſentia pacis ſtabiliendæ cauſa celebrati, & quæ omnem prorſus fidem ſuperant, factæ expenſæ, potiſſimùm verò noviſſima cum Sereniſſimo Saxoniæ Electore, in urbe Regia Pragenſi, publicata pacis compoſitio. Nec minimam quoquè fidem facit præſens ſuæ Cæſareæ Majeſtatis, & Eminentiſſimo-

rum, ac Sereniſſimorum Sacri Romani Imperii Principum Electorum, hac ipſa de cauſa inſtitutus Conventus, cui partim in propria Perſona, partim per Legatos ſuos, ſepoſitis omnibus quantumvis maximis impedimentis, periculoſiſſimis hiſce, & difficilliſſimis temporibus, intereſſe voluerunt, ſibique non immeritò, ſummoperè gratulantur, quòd tanti Regis curas & ſollicitudines omnes ad eundem finem directas eſſe cognoſcant. Erant pariter in optimam ſpem erecti omnium bonorum animi, cùm annis abhinc ſex, in hac ipſa urbe inter Sacram Cæſaream Majeſtatem, & Chriſtianiſſimum Galliæ Regem pax concludebatur, credebaturque reſpiratura, vel tunc etiam ſatis afflicta Germania, verùm longè aliud triſtiſſimus eventus docuit, dum nova contra Sacram Cæſaream Majeſtatem, &

Romanum Imperium, ex parte Christianissimi Regis, cum Rege Sveciæ Gustavo inita audivimus fœdera, & ne ullus amplius dubitandi locus de intentione Coronæ Gallicæ relinqueretur, integros Gallorum exercitus hostiliter Imperium ingredientes, totasquè Provincias cum plurimis munitis urbibus, Castris, ac munitionibus, violenter in alienam potestatem redactas vidimus, nullâ prorsus ex parte suæ Cæsareæ Majestatis, & Imperii data causa, quæ tam inopinatæ hostilitati justum aliquem prætextum adferre posset. Sed nec in Svetico negotio quievit cupidissimus pacis, & tranquillitatis publicæ Cæsareæ Majestatis animus, nihilquè prorsus omissum est, quo istis etiam controversiis quovîs rationabili modo finis imponeretur: cum enim spes esset, fore, ut Sereniſſimus Saxoniæ Elector æquîs

conditionibus cum Miniſtris Coronæ Sveciæ, de ſua ex Imperio militia educenda paciſci poſſet, ſæpæ dicta ſua Sacratiſſima Cæſarea Majeſtas, non modo libenter in id ipſum conſenſit, verùm etiam de novo, unà cum jam dicto Domino Electore, Sereniſſimo Daniæ Regi ad ipſum illum finem plenipotentiam dedit. Atqui omnes hi, quantumvis ſedulò impenſi conatus, cùm hactenus non habuerunt effectum, ut ex parte Coronæ Sveciæ æquitati daretur locus, ſed repudiatis quodammodò pacis mediis, licet illa nihil iniqui, aut quod à decore alienum eſſet, continerent, potiorem continuandi belli rationem habuit, quæ omnia plus quàm manifeſta faciunt penes Sacram Cæſaream Majeſtatem, aut Collegium Electorale hactenus ſtetiſſe, quominus Imperio, vicinisquè Regnis optatiſſima

pax & tranquillitas affulgeret; irruentibus enim tam importunè inimicis, nulla sanè aut humanæ gloriæ aviditas, aut ullus alius inordinatus affectus, sed sola propriæ salutis, ac libertatis tuendæ necessitas resistentiam, & æquissimam adversus violentos invasores defensionem imperavit, & iustum hactenus fuit bellum, atquè necessarium piaquè arma, quibûs sua conservandi Imperiisquè Provincias ab invasoribus vindicandi, nulla nisi in armis spes relicta erat.

Maximi porrò, idquè non immeritò æstimant Eminentissimi ac Sereniſſimi Sacri Romani Imperii Principes Electores, Sereniſſimi, ac Potentissimi Poloniæ Regis oblationem, quâ se apud eos, qui hactenus Sacro Romano Imperio hostilibûs armis infesti fuerunt, interventurum offert, ut ad pacis con-

filia descendant, & Germaniæ ac Imperii quietem datîs & acceptis justis, ac æquitati & rationi consonîs conditionibus, diutiùs non perturbent, gratiasquè referunt suæ Regiæ dignitati, eô nomine longè maximas, summoperè rogantes, ne ab hoc suo piissimo proposito ullatenus desistat, sed potius in eo, qui præ manibus est, cum Christianissimo Galliæ Rege Colonienſi pacis tractatu, & in aliis etiam locis, ubi id opportunum & fructuosum fore judicaverit, talia pro Imperii tranquillitate impendat officia, quæ ad assequendum propositum finem, ad publicam dicti Imperii ac orbis Christiani salutem, & tranquilitatem conducibilia, simul etiam Sacræ Cæsareæ Majestatis Imperiiquè authoritati, non præjudicare judicaverit. Verum quidem est, quòd jam di-

cta ſua Sacra Cæſarea Majeſtas Pontificiæ ſedi interpoſitoris partes, ſuper componendis illis controverſiis detulerit, quæ ſibi, ac Imperio & Serennisſimæ Domui Auſtriacæ cum Rege Galliæ intercedant. Quodſi tamen Sereniſſimus, ac Potentiſſimus Poloniæ ac Sveciæ Rex in tanti momenti negotiis, ſuam quoquè manum admovere, & authoritatem, quâ apud orbis Chriſtiani Reges & Principes pollet, longè maxima (cum præſertim hæc ſuæ Regiæ dignitatis acceſſio Pontificiæ ſedi non ingrata ſit,) interponeret, eſſet ſane pro perſpecto Eminentiſſimis & Sereniſſimis Principibus, Electoribus, ſuæ Regiæ dignitatis ſinceriſſima intentione & affectu erga res Sacri Romani Imperii, Germanicamquè nationem ſingulari, de proſpero & felici ſucceſſu eò minus dubitan-

bitandum, & idipsum Sacræ Romanæ Majestati non modò non ingratum, sed potiùs acceptum fore, jam dicti Domini Electores omnino existimant. Quodsi etiam pacificatô per Dei gratiam Imperio, Eminentissimum ac Serenissimum Electorale Collegium in Sveticis controversii componendis, utilem aliquam operam suæ Regiæ dignitati navare poterit, non patietur illam ullâ ratione deesse, nec dubitat, quin ipsamet etiam Sacra Cæsarea Majestas eundem in finem authoritatem & officia sua libenter sit interpositura. Cæterum, quæ ulterius in commendationem Serenissimi Hungariæ, & Bohemiæ Regis, Ferdinandi III. in Regem Romanorum liberîs sæpè memoratorum Dominorum Electorum suffragiis promovendi Illustrissimus, & Excellentissimus Do-

minus Legatus propoſuit, non poſſunt ſuæ Regiæ dignitati iteratas non agere gratias, pro tam inſigni erga ſalutem & tranquillitatem Sacri Romani Imperii affectu, fatenturquè libenter, talem eſſe præter natalium, & ſangvinis, quô illuſtrior eſſe non poteſt, ſplendorem, in ſua Regia dignitate heroicarum virtutum concurſum, ut eandem meritò omnibus reddant quàm commendatiſſimam; ſperat quidem, & nihil magis in votis habet Eminentiſſimum, & Sereniſſimum Electorale Collegium, quàm ut Divina bonitas Sacram Cæſaream Majeſtatem, veriſſimum Patriæ Patrem, longâ annorum ſerie ſanum, & incolumen conſervet, utpotè, qui à pluribus jam annis & tàm gravi, quæ totam involvit Europam, tempeſtate, non minus feliciter, quàm glorioſè, ſummô Juſti-

tiæ & æquitatis encomio Imperio præfuit; quodsi tamen justis forte & rationabilibus de causis sæpè nominatos Dominos Electores ad electionem novi Regis Romani, durante hôc Electorali Conventu, progredi contingat, tanta est apud Eminentissimum, & Serenissimum Electorale Collegium Regiæ Poloniæ & Sveciæ dignitatis authoritas, ut quæ in hoc negotio svadenda censuit, in debitam considerationem vocaturum, tandemquè id facturum sit, quod ab ipsis Sacri Romani Imperii Constitutiones, aurea Bulla, & Electorale officium exigent, & prout desuper Imperio, orbiquè Christiano respondere se posse confidunt. Id quod sæpè Regiæ Poloniæ dignitati illustrissimo, & Excellentissimo Domino Legato ad ea, quæ nomine jam dicti Serenissimi ac Poten-

tiſſimi ſui Regis propoſuit, Eminentiſſimum & Sereniſſimum Electorale Collegium reſpondere mandavit, cui pariter ſtudia, & promptitudinem ſuam benevolentiſſimô affectu offert.

Ex Mandato Eminentiſſimi, & Sereniſſimi Electoralis Collegii Cancellaria Moguntina.

MOWY
ŁACINSKIE
OSSOLINSKIEGO
W ROZNYCH OKOLICZNOSCIACH
MIANE.

ILLUSTRISSIMI & EXCELLENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI

GEORGII

DUCIS IN OSSOLIN,

S. R. J. PRINCIPIS
COMITIS à TENCZYN

OSSOLINSKI,

SUPREMI REGNI POLONIÆ CANCELLARII

ORATIO I.

HABITA ROMÆ IN AULA REGIA VATICANA, VI. DECEMBRIS MDCXXXIII.

Cùm Sereniſſimi, ac Potentiſſimi Vladislai IV. Regis Poloniæ & Sveciæ, Electi Magni Moſcorum Ducis nomine, S. D. N. Urbano VIII. Pont: Maximo obedientiam præſtaret.

VENIT iterum Romam Vladislaus, Pater Beatiſſime, & qui nuper Barbaricis ornatus laureis, ad Tuos pedes

Venerabundus jacuit, is hodierna die triplicî cinctus diademate, ante hanc Apoſtolicam Sedem Tuam, per me Oratorem ſuum, ſupplex procumbit. Vladislaus inquam, Poloniæ & Sveciæ Rex, ac Magnus Moſcorum Dux, qui antequam regnaret, Regum ac Regnorum Tyrannos debellavit; qui Romam triumphator ſine triumpho ingreſſus, pia vota, & Pontificiorum pedum oſcula triumphalibus prætulit; qui cum videri, noſciquè maximè nollet, Urbis & Orbis oculos in ſe convertit; qui novâ Tyberim felicitate beavit, cùm citra Rhenum fluere ſolitum, invictâ dextera, ultra Tyram ac Boriſthenem traxit; qui deniquè deſertori populo, Græcum Conſtantinianæ donationis diploma è ſuperba gaza eripuit, tanquam pro Romano Pontifice pugnaſſet, cui Romam, hoſtium etiam ſpoliis aſſeru-

it. De hoc, tali, ac tanto Principe, Tibi Pater Beatiſſime, non in cunis, ſed in ipſo gloriæ ac rerum geſtarum faſtigio, non famâ, ſed aſpectu, ac familiaritate noto, quid in hoc ampliſſimo orbis Theatro afferam, haud reperio. Jam enim olim ſapientiſſimô tuo judicio, omnes ejus penetraſti, ac percenſuiſti virtutes, easquè uti probè cognitas, quæ liberæ gentis ſceptra moderentur, dignas judicaſti, cùm non ita pridem Vladiſlaum unum eſſe, qui Polonis imperare, queat, ſolemnî commendatione aſſeruiſti. Huc ergo potius mea deflectat oratio, ut quos qualesquè populos Tibi, Sanctæquè ſedi Tuæ ſupplices, Rex noſter ſecum offerat, declarem, quod dum exequor, Pater Beatiſſime, Paternô affectu favebis filii, Pontificatûs tui natu minimi, gloriosis conatibus; ſolemnè enim patrum eſt,

eorum geſtîs potiſſimum recreari, quos recentiori ſive lucis, ſive gloriæ partu orbi ediderint. Quidcunquè ergo gentium Septemtrio tegit, quàm latè à Carpatiis montibus ad Caſpium mare, à glaciali Oceano ad Pontum Euxinum patet Europa, totum id, genuflectente Vladiſlaô, ante Thronum Tuum proſternitur, Pater Beatiſſime. Omnes enim illæ gentes, aut liberîs ſuffragiis eum ſibi Regem dixerunt, aut hæreditariô jure, licet refragæ, ad ejus ſpectant Majeſtatem, aut deniquè armîs ſubactæ Dominum recognoſcunt. Sed primum meritò locum obtinet Polonia, quæ uti Principibus ſuis liberè paret, ita Religionem, & Sacra, nullâ vi, nullô metu adacta, colit. Illa, illa Sarmatia, Romanorum armîs impervia, Romanæ Religioni mancipata; illa, tot olim ſuperſtitionum altrix, nunc unius

DEI ſerva, illa libertatis cuſtos acerrima, nullius jugum experta, Romanis Pontificibus, eorumquè Sedi Apoſtolicæ obſequentiſſima. Polonia inquam, quæ ſola monſtra non parit. Nulla inde Hæreſis, nullum Schiſma, & ſi qui vicinarum gentium peſte afflati, acerrimô legum ſupplicio, & perpetuæ infamiæ notâ, à reliquæ nobilitatis corpore reſcinduntur. Si quis legem, Vladiſlaô Jagellone Rege latam, totius Nobilitatis, patriô more, conſenſu firmatam, legerit, fatebitur, nullius Concilii anathema acriùs hæreſim perſtrinxiſſe. Et quamvis iniquitati temporum, amoriquè conſangvineo, aliquid indulſiſſe videamur, non tamen legem abrogari, unquam paſſi ſumus, nec patiemur; teſtaturi poſteritati, nos legum, patriæquè ſalutem, unius Religionis integritate firmare. Hôc ipſo lugubri nuper

Reipublicæ ſtatu, cum Sigismundum Regem, vivam pietatis, religionisquè imaginem cœlo receptam, terris ereptam planximus, vidiſſes Pater Beatiſſime, ipſis centuriatîs Comitiis, Senatum, Populumquè Polonum, magis pro Religione, adverſus concives ſuos, dirâ Hæreſi corruptos, certantem, quàm de communi Patriæ ſalute, aut de futuri Principis electione ſollicitum. Æquavit fervor Procerum curam Antiſtitum, eorumquè & Tui Apoſtolici Nuntii ſolemnes excivit gratiarum actiones. Innatum ſcilicet genti Polonæ avitæ Religionis ſtudium. Hinc illa erga Sacrorum Præſides obſervantia, quæ eis prima in Senatu ſubſellia detulit, & præcipuas Reipublicæ partes curare juſſit. Tacebo prodigam, ut ita dicam, in Templorum ædificia, ac ornamenta liberalitatem. Omittam cultum Numinis, &

Sacrorum ferventiſſimum; hæc enim omnia ita ſe habere Orbis conſenſus aſſerit. Animorum certè gentis ejus magnitudinem, vel inde colligere licet, quòd à tot ſæculis adverſus feros, & immanes Nominis Chriſtiani hoſtes excubent; nec ſtationem deſerant. Ottomanorum ſigna, quæ tot acies, tot Urbes validas expugnarunt, tot montium clauſtra penetrarunt, fluminumquè impetus ſuperârunt, tot Chriſtianorum copias fuderunt, nuda Polonorum pectora ſtiterunt, & ne patentes, ac pervios ingrediantur campos, hucusquè prohibuerunt, Scythicam pernicitatem, ne univerſam quaquaverſus pervagetur Europam, unica Reipublicæ noſtræ moratur Provincia, Moſcos, ſolô nomine Chriſtianos, re & moribûs quibusvis barbaris execrabiliores, toties vicimus, fudimus, & de-

mum nobiliſſimam ejus Regionis partem in Provinciam redegimus. Hæc omnia ſummâ animi magnitudine, ac prorſus Romanâ ſteterunt. Parentavimus ſiquidem antiquæ Urbi, Majorum noſtrorum ferociâ læſæ, cùm in ejus mores & inſtituta tranſivimus. Hinc libertatis ſtudium, æqui, juris, ac legum amor; hinc maſculæ frugalitatis exempla, nil in moribus, nil in habitu corporis molle, vel effœminatum, nil acu pictum. Juventus prætextam, non in Cytharædorum gymnaſiis, ſed inter caſtra deponit. Equitibus rura paterna colere haud pudendum, ne urbanis enervati deliciis, bello fiant ineptiores. Humiles domos plerumquè habitant, ſed excelſos animos fovent; non propugnaculorum, non pontis ſublicii, ſed legum, & innocentiæ præſidiô tuti. Nequè verò hanc magnanimitatem, ferociàm

quispiam dixerit. Cicurârunt Sarmaticam, ſi quæ fuit feritatem, Religio & Muſæ Latinæ. Has ubi è Septemtrione devolutæ gentes Latiô moverunt (credo equidem) caſtra ſecutas, eiquè vitæ aſſvetas Heliconi ſuo prope ultimum vale dixiſſe. Gentem profectò noſtram adeo ſibi mancipârunt, ut ſine earum præſidio, & ornamento militarem gloriam minus gloriosam æſtiment. Et meritò, earum enim beneficiô libera Nobilium capita de ſe ipſis decernunt, magnô Nobilitatis ornamento. Nequè à ſcholarum cathedris interpretes petimus, latinô freti eloquio, quod unâ cum moribus & inſtitutis in partem gloriæ noſtræ lubentes aſſumpſimus. Talis itaquè, & tanta Polonia, ad tuos pedes prima procumbit, Pater Beatiſſime, illud collum nullius unquam jugum ferre ſolitum, illas

manus liberas, illum animum excelsum, & ad imperandum natum, Regis sui exemplô, Majorum institutô Tibi submittit. Tuis auspiciis se Vladislaum Regem dixisse, ac proinde eum Tibi debere profitetur. Tu enim geniales Divos, Primum, ac Felicianum, Româ discessuro in sacris cineribus tribuisti, non sine Pontificio omine, eum primum Regem nostrum fore, qui sine æmulo feliciſſimus, qui conjunctiſſimîs tam populosæ gentis animis & suffragiis Rex diceretur. Tuîs ergo auspiciis, Pontificum maxime, habet Vladislaum Polonia, Vladislaus Poloniam, Tu utrumquè. Habebis, DEO favente, Vladislai invictâ dextera, tandem aliquando Tibi, Sanctæquè Sedi Tuæ mansvefactos Scandicos rebelles leones. Habebis, & desertores comunis Pastoris ad Tuum ovile propediem reduces. E-

xivit

xivit enim, Pater Sancte, filius hic Tuus, non ætate, aut meritis, nec Majestate, sed capessitæ Regiæ dignitatis tempore minimus ad venationem, ut te satiet, famemquè Tuam impleat, avidam gloriæ Summi Dei, inde longævi auspicaturus primordia Imperii, unde cœli & Ecclesiæ ruinas sperat reparandas. Erige hanc Tuam dexteram, Pontifex Optime Maxime, quâ, nescio quô turbine motum, ac pene ruentem Orbem retines, summo hujus sæculi bono dudum destinatus, & Sanctâ Benedictione prosequere tam chari pignoris pios conatus. Excitabuntur hôc præclaro exemplo reliqui Christianorum Principes, & postpositîs perniciosis, eorum nomini & gloriæ odiis, illuc arma convertent, quò nefarii Imperiorum prædonis libido, jam tandem vindicanda, vocat. Vladislaus cer-

tè Rex, uti nunc, ſe, Regnaquè, & arma ſua Sanctitati Tuæ tradit, obedientiam præſtat, nequè ſe ab hujus Sanctæ Sedis auctoritate & obſervantia unquam diſceſſurum profitetur; Ita, Te Duce, Te auſpice, paratus ſemper Chriſtianorum Aquilas, notîs ſibi itineribus, non ſequi, ſed præire.



ORATIO II.

GEORGII OSSOLINII.

Sereniſſimi ac Potentiſſimi Vladislai IV. Poloniæ & Sveciæ Regis, ad Sacram Cæſaream, ac Regiam Hungariæ, & Bohemiæ Majeſtates, Septemviroſque Romani Imperii Principes Ratisbonæ congregatos, Legati extraordinarii.

HABITA RATISBONÆ IN COLLEGIO ELECTORALI, ANNO MDCXXXVII.

Die 26. Septembris.

CREDIDISSET Orbis, Magni Principes, Legati Jlluſtriſſimi, Vladislaum Poloniæ, & Sveciæ Regem potentiſſimum, pace domi, foriſquè parta, auctîs, prolatîsquè Regni terminis, Amu-

rate ſolâ armorum oſtentatione ad pacem petendam compulſô, & metas Ottomanici Imperii, quas nec Solis curſu olim declarari volebat, Vladiſlai placitô terminante, altùm quieſcere, & tot laborum, ſudorum, vigiliarum, victoriarumquè trophæis incubare. Sed longè aliter accidit: generis humani bono cœlitus datus animus, propriis commodis nequaquam acquieſcit, ſed, ſuæ proſperitatis, niſi orbem participem videret, haud putat laborum fructus maturuiſſe. Videt Chriſtianorum Nomen, & gloriam conſangvineîs fœdari armis; proſpicit ex illa, cui Polonorum Regum Thronus ſuperimpoſitus, altiſſima Orbis Chriſtiani ſpecula, imminentem ab Oriente procellam, diſcordiîs Regum, Principumquè Chriſtianorum excitatam, intuetur miſerandum in modum diſcerpti, florentiſſimi

Hungariæ Regni reliquias, proluendo gutturi insatiabilis Ottomanicæ belluæ destinatas. Hæc omnia dum penitus considerat, amicissimi Regis, vicinæquè gentis discrimine excitatur, & quid in rem futurum sit, sublimî, Regiæ mentis cogitatione perpendit, opportunè nunciatur Sacri Romani Imperii Electores Principes hac in Urbe Conventum more Majorum celebraturos, consulturosquè Orbi, & tanti periculi metu consternatam Rempublicam erecturos. Ingenti perfusus lætitia, me quantocius advolare voluit, & suô Nomine Serenitatum, Celsitudinumquè Vestrarum conatibus gratulari, in sublevandis Imperii reliquorumquè Regnorum rebus consilium communicare, operam offerre, affectum deniquè, & solicitudinem tantô Principe dignam declarare. Ea nimirum est Sacræ Regiæ Majestatis

ditionum cum Imperio Romano, eiquè annexis Provinciis conjunctio, ea negotiorum, & commerciorum communicatio, ea demum periculosissima vicinitatis cum hoste omnium potentissimo ratio, ut utramquè sceptrorum Cæsareæ Majestatis fortunam ad se jure arbitretur pertinere. Quamobrem de restituenda Germaniæ, tot tantisquè bellorum procellis attritæ, pace, & tranquillitate, ab eo die, quó Polonæ gentis liberîs suffragiis Rex appellatus, semper se solicitum declaravit, nequè ullam prætermisit ejus revocandæ occasionem. Sed generosus ille Germanicæ gentis spiritus, quamvis cum dispendio rerum, fortunarumquè suarum, noluit hactenus, dum externi hostes in ipsis Germaniæ visceribus grassabantur, pacis mentionem admittere, ne se victum, & ad eam petendam, inter

cæsorum concivium busta, compulsum fateretur. Nunc verò, cum nonnullorum vires, ad contemnendas redegerit reliquias, cæteros ultra Germaniæ limites facessere coegerit, sperat Regia Majestas, tantò promptiorem ad pacem amplectendam fore, quantò gloriosiùs est prosperîs rebûs non magis insolescere, quàm adversîs frangi. Repetit ergo toties declaratum pacis in Imperio stabiliendæ studium, suamquè operam, & conatum se interpositurum luculentissimè pollicetur. Sperat porro Serenitates, Celsitudinesquè Vestras, tam præsentes, quàm per Illustrissimos hos Legatos intervenientes, non modò huc Cæsareæ Majestatis pientissimum animum precîbus suis inclinaturas, quò eum communis boni studiô ultrô propendere constat, sed & propriîs conatibus in hoc tam expetendo

negotio cooperaturas. Efflagitant hoc afflictæ plebeculæ, cœlum petentes lachrimæ, attritæ Nobilitatis vires, Provinciarum ſolitudo, agrorum vaſtitas, Urbium, oppidorumquè ruinæ, unô verbo ipſa, quam in Germania vix reperias, Germania. Depoſcit jure ſuo periculum ab immaniſſimo Nominis Chriſtiani hoſte imminens, cujus arma, quamcunquè Europæ partem petierint, ſtolidus ille foret & impius, qui communi non commoveretur diſcrimine. Exigit deniquè pietas, ut tandem à fundendo Chriſtiano ſangvine, quem tot, proh dolor! hauſerunt, & nunc hauriunt Provinciæ, deſiſtatur; & ſi porro fundendus eſt, contra illius hoſtes pugnando fundatur, qui ſuum noſtræ fudit ſaluti. Sed, dum Sacra Regia Majeſtas, Dominus meus Clementiſſimus, rationes tam ſtabiliendæ in Imperio Roma-

no pacis, quàm publicæ gentium ſecuritatis ponderat, agnoſcit, judicatquè neutrum firmum fore, niſi electô, ac declaratô, in hoc Serenitatum Celſitudinumquè Veſtrarum Conventu Romanorum Rege, & vergentis in ſenectam Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Imperii conſorte. Nequè verò hâc tam ſublimi dignitate in quemvis collata conſultum Reipublicæ Chriſtianæ arbitratur, ſed unum eſſe Sereniſſimum ac potentiſſimum Hungariæ, Bohemiæquè Regem, cujus capiti impoſitum Romanorum Regni diadema publicam poſſit ſalutem firmare. Quis enim non concedet, ſapientiſſimè Majores Serenitatum, Celſitudinumquè Veſtrarum egiſſe? dum Romani Imperii habenas, jam quintum iiſdem crediderunt moderandas, qui oppreſſum Turcicâ Tyrannide Pannonum Regnum gubernarunt. Nempe

exhauſtas, & deficientes illius Regni vires, quibûs tamen velut propugnaculô Imperium Romanum protegitur, non divellendas eſſe à Germaniæ vinculo judicarunt, ne ſeparatæ hoſtili objicerentur potentiæ, extinctæ verò Germanicis Provinciis eas adferrent calamitates, quas à tot annis deploranda ſuſtinet Hungaria. Quantò magis idem conſiderandum hôc tempore, cùm Turcarum Tyrannus ab immenſa Divinæ Majeſtatis bonitate, fervente Chriſtianorum bello, alligatîs (uti pueri ludentes ſolent) oculis per varios Orientis hucusquè circumductus angulos, Occidentem tantùm reſpicit, forſitan eâdem manu, ob ſacra Chriſtianorum manibus polluta, reflectente, & unionem noſtram communis hoſtis metu procurante. Hunc verò à cervicibus tot Regnorum depellere, & incendium in ali-

enà potiùs domo extingvere, quàm in propria operiri, erit ſummæ gloriæ, & celebratæ hujus auguſti Collegii prudentiæ. Conducet abſquè dubio; & ad præſens pacis reſtaurandæ propoſitum, ſi ardentibûs undiquè flammis ſubtrahantur alimenta, ambitionis ſcintillis obnoxia. Hiſce de cauſis Sacra Regia Majeſtas, Dominus meus Clementiſſimus, Sereniſſimo Hungariæ, Bohemiæquè Regi, Fratri ſuo amantiſſimô, Romanorum Regis coronam votîs, ſuffragiîsquè Serenitatum, Celſitudinumquè Veſtrarum deferri ſummopere deſiderat, enixè poſtulat, nequè de Serenitatum Celſitudinumquè Veſtrarum affectu, non ſolùm erga Sereniſſimum Regem, ſed & Univerſalem Chriſtianarum gentium ſecuritatem dubitat. Accedunt huic Regiæ petitionis ſuffragio innumera Auguſtiſſimæ Auſtriacæ do-

mûs merita, plurima in familias Subditorum Principum collata beneficia, Sacræ Cæsareæ Majestatis pro integritate & Juribus Romani Imperii exantlati labores, & vel hostium vocibus prædicata paterna in omnes, divinâquè duntaxat minor clementia. Succedunt propriæ Sereniſſimi Hungariæ, & Bohemiæ Regis virtutes, quas priùsne florentes, an maturas Orbis viderit, dubito; ita in ipso flore fructus præbuerunt copioſiſſimos. Hujus ipsius Urbis murorum, ac propugnaculorum hiantes cicatrices, quid aliud ſpirant, quàm invictam Victoris mentem, uni clementiæ ſubjectam. Nordlinganæ verò memoria victoriæ, tum demum deficiet, cùm Danubius Alpes repetet, & Euxini aquas in proprios referet fontes. Explicare veterani Ducis quem ſibi circumdederat Urbium Germanicarum nodum, &

paucorum menſium ſpatiô totum Sveticarum victoriarum iter relegere, ſoli Ferdinando III. fata conceſſerunt, cujus gloriæ ſubſternenda hoſtium trophæa tamdiu conſervarunt. Ergo Sereniſſimi Principes, Vosquè Legati Illuſtriſſimi, Scipionis hujus veſtri Germanici fronti debitam Lauream imponite, ac triennium victoriarum tertiâ coronâ ornate, imò in uno Ferdinando omnes pæne Regum Principumquè Familias, aut conſangvinitate, aut affinitate junctas coronate: Sereniſſimi verò Regis mei, pro incolumitate Chriſtianæ Reipublicæ in extrema excubantis ſtatione, laboribus, vigiliis, vitæ ipſius periculis hoc unum ſolamen præbete, ut eum veſtrîs judiciis, veſtrîs ſuffragiis in ſublimi Romani, Regni Throno collocatum videat, quem ſibi

Deus non ſolum ſangvinis, & amoris conjunctione Fratrem, ſed & communium pro Chriſtianis periculorum, laborumquè conſortem deſtinavit.



ORATIO III.

GEORGII OSSOLINII,

Sereniſſimi, ac Potentiſſimi Sigismundi III. Poloniæ, & Sveciæ Regis, ad Sereniſſimum, ac Potentiſſimum Angliæ Regem Jacobum. Legati extraordinarii.

HABITA LONDINI IN PALATIO REGIO WEST-MONASTERIENSI A. MDCXXI. *Ultima Martii,*

TANDEM erupit Ottomanicum jam diu celatum virus pectore, & depoſitâ ſimulatæ aliquot abhinc annis amicitiæ larvâ, publico barbarorum furore; validiſſimum Chriſtiani Orbis antemurale, petitur Polonia. Perſtrepit bellicô ap-

paratu Oriens, onerantur classibus maria, jungitur Europæ Asia. Africanarum, si quid est virium, in nostram armatur perniciem. In societatem tanti belli, veniunt hæreditarii nostri nominis hostes Scythæ : venit & uterquè Dacus, Servii, Bulgari, Bosnenses, Illyrii, Thraces, Epirotæ : quidquid ferarum usquam est gentium, vî, præmiîs, pollicitationibûs, spe prædæ, cupiditate vindictæ, cogitur, pellicitur, accenditur. Peractus nuper lamentabilis cruentæ Tragediæ prologus; hausit immitis primum cruorem Dacia, cùm perfidus hostis veterum, ac recentium, solennî jurejurando firmatorum, immemor fœderum, innumerîs suis copiis Regiæ Majestatis, Domini mei Clementissimi, petens ditiones, oppositam sibi parvam quidem, sed bellicosissimam nostrorum manum cæcidit in-

genti

genti Christianæ Reipublicæ detrimento. Creverunt enim eâ victoria barbari spiritus, & tam faustîs insolentes primordiis, universam spe concipiunt Europam, eò provecti, vel arrogantiæ, vel amentiæ, ut nec assentiente Deo quidem, delere gentem nostram se posse arbitrentur. Tantô, non suarum duntaxat, sed Christianarum omnium Provinciarum commota Sacra Regia Majestas, Dominus meus Clementissimus discrimine, eô fuit animo, ut & reliquos Principes impendentis metûs commonefaceret, & imprimis ad Majestatem Vestram, nullâ interpositâ mora referret. Sed ea est Majestatis Vestræ vigilantia, tantum communis Christianorum boni studium, ut & illos, ad quos ipsa potissimum, vel temporum, vel locorum ratione, pertinent pericula, antevertat. Antevertit Ma-

jestas Vestra, & hunc Sereniſſimi Regis mei Nuncium, idquè ultro præſtitit, quod poſtulandum erat, cùm ei hoſti, ſe Regiæ Majeſtatis, Domini mei Clementiſſimi amicum eſſe, nec ei ullo in diſcrimine deeſſe poſſe denunciavit. Qua in re agnoſcit Regia Majeſtas, verè magnum, verè Regium, verè Chriſtianum Majeſtatis Veſtræ animum; agnoſcit fraternum erga ſe affectum, quem gratioſiſſimi teſtificatione animi proſequitur, ac profitetur, nihil tam grave, nihil tam difficile, nihil tam periculoſum fore, quod viciſſim Majeſtatis Veſtræ causâ aggredi recuſet. Moveantur utinam tam præclarô Majeſtatis Veſtræ exemplo reliqui Chriſtianorum Principes, velintquè potiùs tam glorioſi laboris eſſe cooperatores, quàm ſegnes, & otioſi alieni periculi ſpectatores, peſſundaturi quandoquè propria,

dum vicina negligunt; id verò usuvenire, nostrô (si Diis placet) credant cautiores exemplo, quos neglecta Græcia, deserta Pannonia in has conjecit angustias. Et nos quidem, eam, quam Cælum tulerit sortem, feremus, renovaturi Saguntinorum fidei, Tyriorum constantiæ, & si quid usquam fortiter actum, exempla. Cæterum vicini nostri provideant, quâ ratione animos firmare possint, ad similes, vel (avertant omen Superi) graviores casus tolerandos. Neque putent Tyrannum, cujus animum humiles Sarmatarum casæ ad tam detestandum impulerunt perjurium, Sanctiora habituros vicinitatis Jura, quæ cum eis icerit, quorum Urbibus mercaturâ florentissimis, opibûs præstantissimis, ædificiorum cultu splendidissimis, jam dudum inhiat. Non deterrebunt hæc, sed alli-

cient, non extingvent, sed inflammabunt, per nefas sacrilegam propagandi Imperii sitim. Quis enim non videt, hoc unum Tyrannum intendere, quod in Majorum ejus multô tempore agitatum constat fuisse consilio; ut occupatâ patentissima in omnes partes Europæ regione, omnis grani feracissimâ, omnium ad Classem instruendam, armandamquè necessariorum refertissimâ, innumeris suis copiis opima aperiat horrea, navium ingentem præparet copiam, quibûs Balticum occupet sinum, transiturus in Oceanum; ut sic binîs classibus, velut alîs ab utroquè mari Europam premat & opprimat; terrestres copias per apertissimos campos (quâ Poloniam spectat) in Germaniam effundat, quâ euntem, non montium claustra retinere, non fluminum rapacitas poterit retardare. Volvebat hæc

Solimanus animô; agitabant ejus Posteri, nec ullâ ab eo consilio deterritos eos fuisse constat ratione, quàm quòd viderent universos conspiraturos Christianos ad tuendum hoc Regnum, ex cujus salute totius Europæ pendeat integritas, nec deerant illo tempore, tàm magnanimi Principes, qui maluissent opum, ac vitæ propriæ detrimentum facere, quàm vicini sibi populi salutem periclitantem deserere. Hâc nostra ætate, proh dolor! multi non intelligunt, negligunt nonnulli, & quòd dolendum magis, accersunt ultro ad communem omnium perniciem perfidum Christiani nominis hostem, indigni Christianô nomine, Barbaris ipsis execrabiliores. Unum Te habent, Sereniſſime Rex hæc nostra tempora, qui, pro singulari tua prudentia, animadvertisti, & judicâsti, per latus Poloniæ universam peti Eu-

ropam, cujus periculum ad omnes pertinet Chriſtianos. Solenne Ottomanorum eſſe, bella ex bellis ſerere, & regna regnis cumulare; qui non contenti Aſiæ, Africæ, & majoris Europæ partis Imperio, quidquid reliquum eſt, prædæ deſtinant, nec ſibi per Religionem licere aliter poſſe opinantur. Vidit hæc Majeſtas Veſtrá ſingula; unde & hanc gloriam eſt conſecuta, ambigentibûs cæteris Principibus, quid ſentirent, ſolam Majeſtatem Veſtram, quod Chriſtianæ Reipublicæ expediret maximè & vidiſſe, & elegiſſe, authoremquè reliquis extitiſſe, ut dum licet mutuis auxiliis, communibûs ſubſidiis, tantæ immaniſſimi hoſtis obviam eant libidini, cujus opes, inteſtinîs ipſorum diſſidiis; eò creverunt potentiæ. Perge porro invicte Rex, & hanc dexteram non armîs magis; quàm pietate notam, tuam

fidem imploranti porrige Poloniæ. Defenſor fidei appellaris, commune Numen ne blaſphemetur, provide. Imitare Majores tuos, quibus haud gravè fuit, è propriis Barbaros eruere latebris, & ultimîs Syriæ finibus Britannici Nominis gloriam terminare. Abundè ampliſſimis Majeſtatis Veſtræ ditionibus ſuppetunt, quæcunquè ad reprimendas potentiſſimi hoſtis vires requiruntur. Procerum copia, populi multitudo, omnis generis apparatus, vis immenſa; ne patiatur Majeſtas Veſtra peritiſſimos rei militaris Anglos, bellicoſiſſimos Scotos, Hybernos ferociſſimos, conjunctiſſimi Majeſtatis Veſtræ Regis, & amiciſſimæ gentis diſcrimina ſpectare otioſos, ac tam latè ſerpens incendium in propria potius operiri domo, quàm in vicina, dum licet, reſtingvere, in alieno diſcrimine propria curare

pericula, nec præsentia duntaxat intueri, sed futura prospicere. Erit celebratæ Majestatis Vestræ prudentiæ, erit & magnanimitatis, quam uterquè admirabitur Orbis, quam fera prædicabit posteritas, quam servata venerabitur Polonia. Sereniſſimus verò Rex meus, uti nunc particularem erga se affectum, quâ potest maxima animi gratitudine complectitur, ita in posterum, eum se Majestatis Vestræ declarabit amicum, qui & secundis Majestatis Vestræ rebus ex animo faveat, & adversis, si quæ impendeant, non secus quàm propriò commoveatur discrimine.



ORATIO IV.

GEORGII OSSOLINII,

HABITA AD SACRAM REGINALEM POLONIÆ, & SVECIÆ MAJESTATEM LUDOVICAM MARIAM, IN TEMPLO COLLEGIATO VARSAVIENSI,

Die 10. Martii A. MDCXLVI.

Cum eandem Majestatem Reginalem Sponsam Sereniſſimi Vladislai IV. Poloniæ & Sveciæ Regis, uti Sponsi nomine ſalutaret.

HOC demum ſupererat agendum admirando Septemtrionis Exornatori, Regi inclyto, ut inter horridos gelidæ brumæ rigores, florens, & fragrans à Galliis tranſplantaret Lilium, & ſub ipſa Arcto, vere ineunte, Heſperios hor-

tos inſtauraret, virentes nempe laureæ, & in ævum vigentes palmæ tot Orbis Climatum Triumphatori candidum in conſortium gloriæ jam olim pollicebantur florem, coronaturum victrices genas, illâ divinitus nuncupata, Viri CORONA. Talem Te hodie ſalutat, ô Flos Principum, Regum glorioſiſſimus, & innexum triumphalibus Lauris, novum inſigne, conſpicuum frontis ſuæ decus veneratur. Magna ades Hoſpes, Maxima Sponſa, eum occupaturat halamum, quem tot ſæculîs Auguſtorum Cæſarum Filiæ, Neptes, Proneptes coluerunt, Regum & Orbis genituræ Patres. Sic nempe fata deſtinarunt, ut Ludovicæ Mariæ Auguſtæ virtutes non niſi auguſtarum ſuccederent auſpiciis, & ſangvini, impares illæ viſæ nuptiæ, in quarum comparatione quid majus reperi-

retur, non forte naſcendi, ſed prudentiſſimi Regis judiciô, ad Sceptra vocaris, prima poſt Leonoram Auguſtam, Gonzagæ genti Regium illatura decus, cujus Conſangvinitatem jam olim amplexa Gallorum Regia, arripuit Cæſarum domus, & in qua reliquiæ Palæologi Sangvinis Orientalis Imperii, nova, ſi Diis placet, ſervant auſpicia. Huc Te benigna evocarunt fata, fortiſſimi Herois Conſortem futuram, an non licet ſperare eam felicitatem, quàm tantorum non Planetarum, ſed Numinum conjunctio pollicetur? Quidni Victores paritura es, quæ tot Barbarorum viciſti Victorem, Majeſtatis Tuæ eximiis virtutibus non faſces, aut ſecures, ſed Heroici pectoris amorem ſubmittentem. Jungit hanc dexteram, Orbis Chriſtiani protectricem, dexteræ Tuæ, Orbis Arctoi Regum Maximus,

jungit cor, & affectum, & feliciſſimæ Regiæ auſpicia, Sociam Thalami, Conſortem Imperii Sceptrorumquè, ex ampliſſimi Senatûs conſilio, Majeſtatem Tuam ducit, & quòd felix, fauſtumquè Orbi Chriſtiano ſit, eundem Thronum occupare jubet. Quòd ſi præterea aliud conjugalis amoris Majeſtas Veſtra deſiderat pignus, unici Filii inæſtimabile participat, ſecurus à Majeſtate Veſtra non novercalî affectu proſequendum. Creſcit ille in ſpem Regnorum, paternas conſervaturus palmas, hunc Majeſtas Veſtra Maternô fovebit ſinu, nec patietur in ejus educatione tam luculentam benè merendi de Orbe Chriſtiano elabi occaſionem. Quid amplius ab amantiſſimo Sponſo deſiderare Majeſtas Veſtra poſſit, ipſa cogitet, idquè ſibi perſvadeat, eum, à cujus conſpectu nemo ſubditorum triſtis recedit,

tantæ Hoſpiti nihil negaturum, cui ſe ipſum ultro dedit. Sed antequam ad Sacra Divûm Altaria, ea renovaturus vota, quæ per Legatum ſuum Virum Jlluſtriſſimum ſpopondit, accedat, ſupremum precatur Numen, ea velit eſſe fauſta, felicia Eccleſiæ Catholicæ, quaſſatæ tot procellis Chriſtianorum Reipublicæ, Patriæ noſtræ, unico reliquorum Regnorum antemurali, & utriuſquè Majeſtatum Veſtrarum inclytæ Familiæ. Applaudunt fideles ſubditi, & pro incolumitate utriuſquè libera capita devovere parati, inter tranquillos Majeſtatum Veſtrarum Hymenæos, & lætas innocuasquè faces, priſcâ Polona fide, & candore, iterum iterumquè ingeminant, VIVAT REX, VIVAT REGINA.

ORATIO V.

GEORGII OSSOLINII,

HABITA

CORAM SERENISSIMO VENETIARUM PRINCIPE, ET COLLEGIO. DIE 14. JANUARII ANNO MDCXXXIII.

HOSPITÆ non ita pridem suæ, nunc amicæ, & Sociæ, Vestræ huic Serenissimæ Reipublicæ, gratum lauti, & luculenti hospitii animum testaturus Vladislaus Poloniæ, & Sveciæ Rex Sereniſſimus, eâdem Legatione, quâ supremo DEI in terris Vicario obedientiam præstitit, amorem, & benevolentiam suam declarare voluit. Non oppressit

grave tantorum Regnorum diadema, præteritorum temporum memoriam, nec extinxit totius pene Orbis fervens erga ejus Majeſtatem cultus, acceptorum olim ab amicis officiorum gratitudinem. Et reliquorum quidem Principum arcta conſangvinitatis, aut affinitatis neceſſitudo, jure quodam ſuô omne genus benevolentiæ erga peregrinum tum Principem repoſcere videbatur; Sereniſſimæ hujus Reipublicæ humanitas, quò liberior, eò accidit Regi meo gratior, ejusquè porrò recordatio, in Regia ipſius Majeſtatis mente, viget jucundior. Viget & gratitudo reciproca, quam ejus Majeſtas juſtitiæ partem eſſe omnino arbitratur, nec eum, qui mortalibus ingratus fuerit, DEO debitam præſtiturum pietatem. Ab hac autem auſpicatus fauſtum ampliſſimarum ditionum imperium, illi

quoquè litare voluit, & Sereniſſimæ Reipublicæ Veſtræ bono, quidquid acceſſit dignitatis, potentiæ, fortunæ, candidô devovere animo. Duos Polonorum Reges hoſpitio exceperunt Venetiæ, ſed hunc meliorî omine, illum enim adverſa fata, è ſecuro Throno ad tragica Patriæ Sceptra rapiebant, hujus laureato (poſt tot erecta de barbaris trophæa) capiti, non fortunæ, ſed virtutis manibûs fabrefactum Diadema jam tum Cælum deſtinabat, ac proinde in partem ipſius gloriæ, & fortunæ, hanc quoquè Rempublicam vocabat. Nec verô ſolùm jus hoſpitij eum amorem, quô hanc Rempublicam Sereniſſimus Rex meus proſequitur, excitavit, Veſtra libertas, in Rempublicam Chriſtianam merita, Religionis integritas, in colendis amicis conſtantia, in proſperis ſumma moderatio, in

adver-

versis infracta magnanimitas, amare Venetos, & admirari jusserunt. Nempe in sinu libertatis natus, ejusquè lacte educatus Princeps, veneratur Nutricis suæ antiquissimum cubile, in quo post varia naufragia barbariei, & tyrannidis hinc inde jactata procellis, bonô omine primùm conquievit. Et quidni amet illam, quæ non solum animum Regiæ potentiæ innatum, non id, quod lubet, jubere, sed ex præscripto legum liberô populorum consensu sancitarum, subditos regere, longè meliùs docuit; verùm etiam ejus virtutes, liberis liberæ gentis judiciis Orbi clariores reddidit, & non sorti nascendi, sed meritis tantum præmium se detulisse testata est. Quidni illam amet, quæ sola Regium caput reddit securum, arcet invidiam, Principem, & populum indissolubilis benevolentiæ vinculô connectit. Hoc

verò demum regnare est. Quòd si autem morum similitudo hominum generat amicitiam, quantùm Regi meo, & Reipublicæ Polonæ erga hanc Vestram amoris accedere necesse est, ex hac paris libertatis, æqualitate. Sed & clarissima hujus Sereniſſimæ Reipublicæ merita, exantlatiquè pro Christiani nominis gloria labores, hanc texunt paritatem. Polonô siquidem & Venetô cruore mutavit sæpenumero Luna Ottomanica colorem. Quid de fervido fidei, ac religionis studio dicam? impervia templa vestra hæresi, nec ulla unquam adversùs DEUM rebellione polluta. O ingens bonum! arcebit, non dubitatè ab hac Republica omne exitium is, à cujus altaribus Respublica sacrilegas Hæreticorum arcet manus, & Marci doctrinâ firmata, falsa eorum contemnit dogmata, sacrosanctè demum

& conſtanter culta amicitiæ jura, maximum ad amplectendam hujus Reipublicæ ſocietatem Regi meo addiderunt incitamentum. Hæc ſiquidem unica gloria, omnes in unum congeſtas longè ſuperat felicitates, hujus causâ vel perire dulce eſt. Hanc Rex meus amplectitur, hujus poſſeſſione Polonorum gens univerſa gloriatur. Agite ergo, Tu Sereniſſime Princeps, voſquè Proceres inclyti, hoſpitem olim veſtrum, nunc Polonorum, Svecorumquè Regem Potentiſſimum, Septemtrionis, & Orientis terrorem, Chriſtianorum decus, & ornamentum, officiorum Veſtrorum gratiſſimum, in amicitia conſtantiſſimum, Veſtræ Reipublicæ amicum, quod benè cedat Chriſtiano Orbi, dicite, & agnoſcite. Et ſi quando immanis Turcarum rabies perfidiæ conjuncta, ejus Majeſtatis arma laceſſive-

rit, id agite, quod ab amicis, sociisque tanti regis desiderari, quod à magnanimitate, & prudentia Vestra potest expectari. Serenissimus porrò Rex meus, uti omnem Vestram felicitatem suam esse putat, ita vestrô, si quod emerserit periculo, non secus ac suô propriô commovebitur discrimine.



ORATIO VI.

GEORGII OSSOLINII,

Dum nomine Sacræ, ac Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis Vladislai IV. publicâ in Colloquio charitativo Legatione fungeretur.

HABITA THORUNII.

DIE 28. AUGUSTI ANNO MDCXLV.

REDIVIVUM tranquilla veneretur Conſtantinum Polonia. Non unô Maxentio domito, & gloriâ Crucis, ultra Iſtrum, & Tanaim prolata, Vladiſlaus Regum conſtantiſſimus, inter virentia, ac florida Almæ pacis, quæ ipſe plantavit oliveta, de tam beata ſemente ſo-

licitus, tempestivâ curâ ejusdem indemnitati decrevit prospicere. Terret in propria crudelis viscera, à medio jam pæne ævo, conceptus Orbis Christiani furor; quo velut œstro perciti Concivium, cognatorum, imò fratrum animi, prætextu Religionis, & Sacrorum, Religionem evertunt, Sacra profanant, & polluunt, sangvinem tot innocentium exhauriunt, Rempublicam Christianam tot propugnatoribus spoliant, & intentis tam luculentæ occasioni Barbaris produnt, & prostituunt. Valida nempe in animos hominum Religio, eos vel arctissimâ stringit compage, vel si ipsa scinditur, ipsa disrumpit, ac dilaniat; ut ne ipsis quidem naturæ vinculis parcat, quamvis universo generi humano summè venerandis. Illa, quam optimus quisquè se Creatori optimo debere profitetur, grati-

tudo non patitur alios cancellos, aut ligamenta, præter intentam in id, quod ei credit placere voluntatem, quæ ut rectò proceſſerit tramite, aut ab eo deviaverit, mortalium mentes, opinionis ſuæ tenaces, vel in ſe ipſas armat, & acuit. Hinc à communi Chriſtiano nomine, & jure exulat, proh dolor! Chriſtiani amoris, & unionis communio, & illud ferrum, quô Chriſti propaganda erat gloria, in ejus ſævit membra, imò viſcera. Sola hucuſquè Polonia, prudentiſſimâ Majorum noſtrorum moderatione, tantæ feritatis expers, placidâ tolerantia, mutui inter concives amoris affectum, quamvis ſæpe renitentem retinet, ac fovet. Sed hæc univerſalis, quæ totam inficit Europam, contagio, an non metuenda? imbibent noſtrorum animi, vel ex vicinia, vel uſurpata in-

ter exteros peregrinantium converſatione, peregrina vitia, & uti in Sole deambulantibus evenire conſvevit, ſenſim ſe infuſcari, haud ſentient. Hinc promanat, provida S. R. M. Domini noſtri Clementiſſimi ſolicitudo, quæ dies, noctesquè cor, & mentem Regiam incitat ad procurandam (ſtabilitâ jam politica) pacem Eccleſiaſticam; uti nempe unicam illius nutricem. Cùm verò pacis origo ſit amor, & concordia, præmiſsâ matura Cleri in Provinciali Sacra Synodo congregati deliberatione, ad hoc charitativum, & fraternum colloquium, Diſſidentes opinionibus in Religione Chriſtiana ſubditos ſuos, clementiſſimè evocare conſtituit. Quô (remotîs illis acerbitatum altricibus, ſcholaſticis nempe concertationibus) de vero, genuinoquè unius cujusquè opinionis ſenſu, tranquillâ

collocutione discent fraternè colloqui, & remotis calumniis, falsis traductionibus, & impostoris, unius ab altero abhorrentiam deponere. Quod ubi processerit, non dubitat Sacra Regia Majestas, reliquum genuinæ differentiæ faciliùs componi, & extinctis odiis, spiritum illum, qui in turbine non operatur, sed sibilò leni inspirat, & aurâ svavi incomprehensibilis potentiæ suæ disponit, ad illuminanda solò Divini honoris zelo accensa pectora provocari, & allici posse. His verò præmissis conciliabuntur demum praxes, corrigentur mores, profligabuntur scandala, & unius ad alterum postliminio revocabitur fiducia. Et ecce brevis descriptio scopi, ad quem Sacra Regia Majestas collimat, quem consecuturum, quis dubitat hoc tam frequenti, & ad secundanda ejus vota, tam

pronô concurſu, quem auxiſſet libentiſſimè ſuâ ipſius præſentia, ut ſic demum, Conſtantini Sarmatici, totum nomen impleret, ſi tot diverſæ Regnorum curæ, unam Reipublicæ partem curare permitterent. Me tamen remotâ tantiſper, à communis Patriæ gubernaculis, vicariâ manu, ſuas hìc vices curare, & nomen ac omen inferre voluit, ut mutuæ charitati, paci, tranquillitatiquè facem præferrem. Quod dum ego tanti Regis, veriquè patriæ patris nomine ago, adeſte animis, Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Generoſiſſimi, Doctiſſimi, ac Eruditiſſimi Viri, & quô fine, ita DEO diſponente, in hunc confluxeritis locum, accuratiùs expendite. Hoc nempe illud tempus eſt beatitudinis Veſtræ, ſi Eccleſiam, & illi ſubditum Orbem, pace beaveritis; hoc tempus felicitatis & gloriæ

hujus ampliſſimi Regni eſt, ſi Veſtrâ cura & ſolicitudine, veſtrô affectu & charitate, natu in Eccleſia minori contigerit, per reſtauratam in Eccleſia pacem, primogenitura. Quod ergo benevertat nomini Chriſtiano, Eccleſiæ, & Reipublicæ, ad opus Vos accingite, ubi manuducentem Sacræ Regiæ Majeſtatis, Domini Noſtri clementiſſimi, inſtructionem prælegendam, noſtræquè Legationis fiduciarias intelle-xeritis.

USTANOWIENIE ORDERU NIEPOKALANEGO POCZĘCIA MARYI PANNY UŁOZONE OD OSSOLINSKIEGO

IN NOMINE DOMINI AMEN.

VLADISLAUS IV. DEI GRATIA REX POLONIÆ. &c.

AD perpetuam rei memoriam. Notum facimus, Nos ubi primùm liberîs & Concordibus Polonæ, & Lithvanæ gentis ſuffragiis Majorum

noſtrorum ſolium conſcendimus, enſemquè illum, tot Divorum Prædeceſſorum noſtrorum triumphîs nobilem, Sacrâ Antiſtitis manu, lateri noſtro accinctum, ad ipſas Divini Numinis Aras ſtrinximus, eò primam ſolicitudinis noſtræ intentionem convertiſſe, ut omnem ſubditorum Noſtrorum, in armis exercitationem, à Divinæ Majeſtatis honore, & gloria auſpicaremur. Hæc enim bellicoſſimæ gentis pectora, quorum nos anteſignanum Deus eſſe voluit, nullîs tecta muris, aut propugnaculis, patentes ditionum noſtrarum Campos, ſine peculiari Numinis ope, tueri, & nudâ fortitudine armatos hoſtium impetus frangere, haud queunt. Quò verò majora cælitùs requirunt, recipiuntquè auxilia, eò ardentiùs ſupernorum Caſtrorum, humilî devotione expectent Societatem, eſt neceſſe

Et quamvis universa hæc nobilitas Equitum, uti munus, ita & dignitatem sustineat, pauciquè reperiantur, qui Patriorum institutorum obliti, prætextam non in castris deponant, illis tamen, quos generosiores Spiritus, & ardor nobilis, non sequi solùm, sed & præire, nec partem aliquam, sed totam vìtam gloriæ devovere cogit, id peculiari ratione curandum est. Horum ergo pectoribus tremendum Barbaris Crucis Sacrosanctæ Clypeum parare volumus, fundamusquè certô numero Virorum ex omni equestri Ordine, hujusmodiquè Ordinis militaris Equites Immaculatæ Virginis appellari volumus, appellamusquè & eis sequentes leges, uti primus Author, & Institutor præscribimus.

DE NUMERO.

NUMERUS Fratrum non excedet ſeptuaginta duos, præter Principem, hic enim numerus Diſcipulorum, Cæleſti Principi placuit, ſed & Patronæ noſtræ tam gaudiorum, quàm dolorum Myſteria, Septenariô numero terminantur.

DE NOBILITATE.

GENUS Equitum nobile, & quorum à majoribus derivata antiquitas nullâ macula defædata, nullâ ſuſpicione in dubium revocata.

DE PATRIA.

CUM non ſolùm ad ſplendorem Ordinis Equeſtris, ſed etiam ad emolumentum ditionum, nobis ſubditarum, iſte Ordo reſpiciat, Equites ex his ſubditis

noſtris Regni Poloniæ, Magniquè Ducatûs Litvaniæ, ac Provinciarum ipſis annexarum eligentur. Licitum tamen erit, Imperatores, Reges, Principes, Virosquè illuſtres exteros in hunc Ordinem cooptare, modò numerum viginti quatuor non excedant, reliquus numerus uſquè ad ſeptuaginta duos, præter Principem, nobilibûs ſubditis noſtris conſtabit. Hoc præterea cavemus, neminem exterorum, præter ipſos Ordinum ſupremos Magiſtros, & Monarchas in hunc noſtrum Ordinem adſciſci poſſe, qui non priùs omnibus aliis militaribus renuntiaverit ſodalitatibus, & ornamentis.

DE PRINCIPE.

PRINCIPATUM hujus Ordinis Nos ipſi, quoad vixerimus, geremus, poſt

fata verò noſtra, ſubſequentes Reges Poloniæ, liberè electi, unà cum Regalibus inſigniis, hunc Magiſtratum, ejusquè ornamenta, ipsô Coronationis die (niſi primò in numero eorundem Equitum fuerint) capeſſent.

DE INSIGNI, SIVE TORQUE.

INSIGNE Equitibus noſtris, dabimus Torquem ex auro puro, abſquè ullis lapidibus, vel unionibus, cujus particulæ invicem concatenatæ alternatim repræſentabunt, una quidem lilium album in medio radiorum, cum hac inſcriptione: *In te.* Altera verò faſciculos Sagittarum colligatarum faſciâ alba, hîs verbis inſcriptis: *Unita virtus.* Dependebit à Torque crux rubea, in cujus medio conſpicitur imago Vir-

ginis infantis Candida, Draconem calcantis pedibûs, his verbis suppositis: *vicisti, vince.* Hoc insigne nos pro singulis Equitibus procurabimus, usquè ad numerum septuaginta trium.

DE USU ILLIUS.

UTENTUR hôc insigni Equites, & ipse Princeps in omnibus Ordinis solennitatibus, tum in festivitatibus Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Corporis Dominici, & Natalis, tum omnibûs illîs diebus, qui Sacratissimæ Cælorum Reginæ, Patronæ nostræ sunt dicati, sed potissimùm die Conceptionis illius Immaculatæ, quem particulariter observabunt, & eô ipso ad Sacram Corporis Dominici Communionem accedere tenebuntur. Hoc ipsum insigne gerent diebûs quoquè Sanctorum, Adalberti, Stanislai,

Casimiri, & Francisci, reliquîs verò diebus crucem solam, & quidem solennî minorem, albâ fascia è Collo suspensam deferent.

DE HABITU.

DIE solennî Ordinis, Equites gentis suæ more induti, (dummodò purpurei coloris sit ille interior ornatus) de super Palliô Candido longiore, sinistram manum, magis dextram operiente ex Panno Phrygio vestientur: subductum verò erit panno sericeô leviorî, purpurei item coloris, cujus superna pars, circum humeros dependebit. Pileum item candidum gestabunt ejusdem panni, similiter subductum, cujus vertex radiis aureîs ex summo ad medium prominentibus, pars verò anterior imagine Virginis Matris aurô & argentô texta ornabitur. Hunc verò Orna-

tum unus quisquè equitum propriô ære ſibi curabit.

DE SACELLO.

SACELLUM hujus Ordinis erit Templum Pacis ad Præſepe Salvatoris, in Urbe Cracovienſi, Patrum minorum de Obſervantia S. Franciſci curæ commiſſum, cujus ornamentorum præcipuam equites curam gerent, ſepeliriquè corpora ſua, (niſi ratio gravis Perſonæ, aut reſpectus, Teſtatoriſquè voluntas aliter diſpoſuerit) ibidem mandabunt.

DE OFFICIALIBUS ORDINIS.

OFFICIALES Ordo habebit duos, ex numero eorundem equitum à Principe deſtinatos, Cancellarium nempe, & Theſaurarium, quorum munera, &

functiones ex his ipsis legibus patebunt.

DE PRÆCEDENTIA.

INTER equites hic ordo observabitur; primò Monarchæ, & Principes sangvinis Regii, post hos Senatores Regni, qui in Ordine hoc fuerint, secundùm ea loca, quæ in Senatu obtinent, reliqui sive sint Officiales curiæ nostræ, sive non, solâ temporis, quô insignia Ordinis suscepêre, prærogativa gaudebunt; quod de festo annuo duntaxat Ordinis intelligendum est. Salvîs per omnia præeminentiis & præcedentiis quorumcunquè officialium, secundùm usum & consvetudinem Reipublicæ, sive sint officiales curiæ nostræ, sive Palatinatuum & terrarum.

DE FRATRIBUS DEFUNCTIS.

QUOLIBET annô Princeps, & Equites Pullati, in idem Templum è Palatio descendent, illicquè pro animabus Defunctorum Fratrum sacris intererunt, concionantemquè supremum Ordinis Pœnitentiarium, de virtutibus, & rebus gestis Defunctorum Confratrum audient, ut & mortui laus constet, & vivi præclarè factorum exemplîs ad virtutem, gloriamquè excitentur.

QUID UNICUIQUE DEFUNCTO DEBEATUR.

UBI ad notitiam Confratrum mors Confratris devenerit, singuli Equites, pro illo defuncto triginta missas absolvi curabunt, ipsi verò totidem vicibûs *Salve Regina* recitabunt.

DE SEPULTURA EQUITUM.

CONFRATRUM mortuorum corpora, quibuscunquè, per distantiam locorum, occupationesquè publicas, aut infirmam valetudinem licuerit, ad sepulchrum comitari, & quàm maximam etiam mortuo demonstrare charitatem, ad declarandum tam inclyti Ordinis vinculum, volumus.

DE TORQUE REMITTENDO.

HÆREDES defuncti Equitis, Torquem intra trimestre remittere ad Thesaurarium Ordinis, vel ipsum Principem tenebuntur. Quodsi verò quispiam equitum per incuriam, vel casû fortuito Torquem amiserit, tantum auri in Thesaurum Ordinis inferet, quantum ad novum conficiendum requiritur.

GESTA ORDINIS.

CANCELLARIUS Ordinis ad excitandos Fratrum noſtrorum animos, præclara ſingulorum geſta, & totius Ordinis inſignia facinora, literîs conſignabit, ut eorum perennet memoria, quorum virtus & animi magnitudo, orbi confert perennitatem.

DE PRÆLATO.

NOMINABIMUS itidem unum ex Prælatis, qui nobis, & noſtris in poſterum ſucceſſoribus viſus fuerit, qui tantum Sacra publica Ordinis in Conventibus peraget, & defunctos Confratres pro concione laudabit, geretquè talem Crucem, qualem equites extra ſolenniores, feſtoſquè dies geſtabunt.

FIDELITAS IN PATRIAM, ET PRINCIPEM.

ULTRA hæc, obligantur Equites se Principis, ac Reipublicæ salutem, dignitatem & commoda, atquè Patriarum legum, & immunitatum prærogativas, post Deum, ejusquè Deiparæ Virginis, Sanctæquè, Matris Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ honorem, præ oculis habituros.

BELLUM CONTRA TURCAS.

SI bellum à barbaris, & infidelibus ingruat: tenebuntur viriliter obviare, & vires suas conferre, in bello stipendiis contentari, à nemine quidquam extorquere, nec extorqueri à suis permittere, alioſquè commilitones, quantum licebit, à hujusmodi rapinis avertere.

DEI HONOR & BEATISSIMÆ.

NE Deus, ejuſquè Mater ſe audiente blasphemetur, vel cum vitæ periculo ſe opponent, ejuſquè cultum promovebunt, Leges Ordinis, debitamquè Principi ſecùndum jura Reipublicæ obedientiam obſervabunt.

DE EXTRANEIS.

SI quis Principum, vel Virorum Illuſtrium exterorum, in hunc noſtrum Ordinem admitti poſtulaverit, aut nos, vel Succeſſores noſtri aliquem eorum inſignî hôc, honorare vellemus, Ordinis Torques, videlicet cum Cruce, per Cancellarium aut Secretarium Ordinis (ſi ex Monarchis, aut majoribus fuerit Principibus) ſi verò ex aliis viris illuſtribus, per noviſſimum equitem abſenti transmittetur. De cujus ma-

nibus inter Missarum solennia Torquem recipiet, ad militiam tamen in limitibus Russiæ, exteri, qui noluerint, non obligantur, præcipue Principes, qui alias retundendis Barbarorum conatibus vires ac facultates suas impendunt, & huic ipsi Regno auxiliô, ubi necessitas postulaverit, adesse queunt, modò tamen è Viris Jllustribus, non verò Monarchis singulare aliquod meritum Reipublicæ præstetur.

LOCUS INAUGURANDI EQUITES.

INSIGNIA Ordinis in Templo capient, inter Missarum solennia; antequam cantetur Evangelium. Constitutô verò die omnes Equites, nisi legalî impedimento præoccupati fuerint, vel ratio eminentis dignitatis impediverit; convenient, deducendo Principem ex

Palatio, eumquè per Seniorem equitem, accomodatâ ſalutabunt oratione, per Cancellarium ſeu Secretarium Ordinis, à Principe viciſſim, grati & Paterni animi reſponſum accepturi. Ad Templum prodibunt bini, præcedentes Principem, eôdem cultu cum equitibus illâ die ornatum; Sacram ingreſſi ædem, ſuam quisquè ſedem inſigniîs ac armîs ornatam occupabit, & Miſſâm ſolennem de Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptione cantandam ab eo Prælato, quem Princeps ſupremum Ordinis Pænitentiarium declaravit, debitô cultu & reverentiâ audient. Ad Offertorium ubi primùm Princeps proceſſerit, Singuli equites ſuo ſequentur Ordine, quàm primùm ad Altare Offertorii munus tradiderint, Principem adibunt, ejuſquè manum deoſculabuntur.

ELEEMOSYNÆ.

ELEEMOSYNAS pro Redemptione Captivorum, vel sustentatione egenorum, cuilibet Equitum secundùm Christianam Charitatem præstare permittitur, ad manus Thesaurarii Ordinis, etiam legare & donare, cuiquè equitum in hunc finem licitum erit, & aliis personis hâc pietate excitatis, quod de bonis tantum mobilibus est intelligendum. His modis collectam pecuniam Thesaurarius ordinis juramentô obstrictus, ad nullum alium usum convertet, præterquam in eliberationem captivorum militum, vel sustentationem indigentium, idquè pro arbitrio Principis Equitum præsentium. Si quis Equitum non suâ culpa, sed aliquó infortunio ad tantam devenerit egestatem, ut sine probro Nobilitatis, Equestrisquè digni-

tatis vivere nequeat, huic communî Confratrum ope erit ſuccurrendum, tenebiturquè unus quisquè Equitum ſubvenire indigenti.

CONFRATERNITAS CONCEPTIONIS BEATISSIMÆ.

UT verò honor Immaculatæ Virginis augeatur, & erga hanc potentem Ordinis noſtri Patronam devotio latiùs diffundatur, poſtulabimus à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, Archi-Confraternitatem hujus ipſius Immaculatæ Dei paræ Virginis, (quam Fratres Minores de Obſervantia S. Franciſci, eôdem in Templo Pacis, ad præſepe Salvatoris, in Urbe noſtra inſtituent) approbari. Quæ non ſolum Equitibus Inclyti Ordinis hujus, ſed omnibus Chriſti fidelibus utriusquè ſexus Com-

munis erit, more aliorum in Religionibus Confraternitatum. Præfatæ tamen Confraternitatis Sodales non Equites, nullâ ratione Crucem, aut alia Ordinis noſtri inſignia geſtare præſument, ſed imaginem duntaxat Virginis infantis Candidam ex auro fuſilem, draconem pedibus calcantem, cum hac circumſcriptione. *Dignare me laudare te Virgo Sacrata.* In his autem omnibus ſtatutis & eorum articulis, punctis, clauſulis & conditionibus, leges, jura Reipublicæ, & nobilitatis Regni, nec non Magni Ducatûs Litvaniæ immunitates & prærogativæ; ſecundùm veterem Reipublicæ conſvetudinem, & Patriæ inſtituta ſacroſanctè obſervabuntur.

URBA-

URBANUS PP. VIII.

AD

PERPETUAM REI MEMORIAM.

MILITANTIS Ecclesiæ Regimini per abundantiam Divinæ Gratiæ, meritîs licet imparibus præsidentes, inter præcipuas Apostolicæ servitutis Curas, illam peculiarî studio jugiter amplectimur, ut Catholica Religio ubiquè terrarum, & gentium floreat, ac etiam Piorum Principum, aliorumquè virorum genere, & virtutibûs præstantium, tanquam fidelium Christi Athletarum, ope ac fortitudine magis in dies augeatur, ac propagetur, proindequè Catholicorum Principum in id tendentium vota, ad exauditionis gratiam libenter admit-

timus, prout salubriter in Domino videmus expedire. Siquidem dilectus Filius, Nobilis vir, Georgius Ossoliński, Comes de Tęczyn, Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Vladislai Poloniæ, & Sveciæ Regis, Illuſtris ad nos,& Sedem Apoſtolicam Orator, ejuſdem Vladislai nomine Regis, nobis nuper exponi fecit, quòd ipſe Vladislaus Rex, pro avito ſuo Catholicæ Religionis defendendæ, & propagandæ ſtudio, unum Ordinem militarem ſub titulo Immaculatæ Virginis Deiparæ, pro certo numero virorum, ex omni Equeſtri Ordine lectiſſimorum, ad majorem Dei, ejusdemquè Beatiſſimæ Genitricis Virginis Mariæ laudem, & gloriam, ipſiusquè Catholicæ Religionis adverſus eius hoſtes defenſionem, & propagationem, modô & formâ infra ſcriptis erexit, & fundavit cum Statutis editis ſuper hoc tenoris ſequentis.

HIC RECENSETUR NATURA ORDINIS, & DIPLOMA REGIS.

CUM autem (ſicut eadem expoſitio ſubjungebat) dictus Georgius Comes, plurimùm cupiat erectionem, & fundationem militiæ hujuſmodi, ac præinſerta ſtatuta Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, nobis præterea Georgius præfatus dicti Vladiſlai Regis nomine humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pie laudabili ipſius Vladiſlai Regis deſiderio, quantùm cum Domino poſſumus annuere, ipſumquè Vladislaum Regem, quem præcipuo Paternæ Charitatis affectu complectimur, ſpecialibûs favoribus & gratiîs proſequi volentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, erectionem, & fundationem

Ordinis præfati, ac præinſerta Statuta hujuſmodi, dummodò ſtatuta Sacro Concilio Tridentino, & aliis Sacris Canonibus, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus non repugnent, & ſine præjudicio jurium Ordinariorum, Apoſtolicâ Authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus; illiſquè inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, & omnes ac ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi quid de ſuper quomodò libet intervenerint, ſupplemus, decernentes præmiſſa omnia, & ſingula valida, firma, & efficacia fore, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, per quoſcunquè dicti Ordinis militaris Fratres, milites, & quasvis alias illius Perſonas inviolabiter obſervari, ſicquè, nec non aliter per quoſcunquè judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſto-

lici Auditores, ubiquè judicari & definiri debere, ac iritum & inane, si secus super his, à quoquam quâvis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibûs Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & Consvetudinibus, Privilegiis quoquè, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet Concessis; confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illos, tenore præsentibus, pro plene & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hâc vice duntaxat, specialiter, & expresè derogamus, cæterisquè contrariis quibuscunquè &c. Datt Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 5. Julii Anno M.DC.XXX.IV. Pontificatus nostri Anno XI.

BULLA

OYCA S. URBANA VIII.

KTORĄ

OSSOLINSKIEGO

CZYNI

XIĄZĘCIEM

NA OSSOLINIE.

ROMANUS Pontifex, Altiſſimi Regum Regis, & Dominantium Domini, in terris Vicesgerens, inter graviſſimas curas, quibûs aſſiduè premitur, hanc quoquè ſolicitudinem peculiarô ſtudio ſuſcipere conſvevit, ut

Viri generis Nobilitate, & meritîs præstantes, præsertim terras, & castra possidentes, Castrorum hujusmodi intuitu, honoribûs, & titulîs suâ, & Sedis Apostolicæ benignitate decorentur, quò ipsi hoc beneficio devincti, & in devotione, & fide erga eandem Sedem sincerè persistant, ac eorum exemplô alij ad similia præmia promerenda inducantur. Hinc est, quod Nos, ut Terra, seu Oppidum de Ossolino Cracovien: Diœcesis, quæ quod sicut accepimus, ad dilectum filium, Nobilem Virum, Georgium Ossolińśki Comitem de Tęnczyn, ac Curiæ Regni Poloniæ Thesaurarium, nec non chariſſimi in Christo Filii Nostri, Vladislai Poloniæ, & Sveciæ Regis Illustris, ad Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem spectat, digniori titulo decoretur, ac tam dicto Georgio, quàm ejus hæredibus, & suc-

ceſſoribus quibuſcunquè, dictæ Terræ Oſſolin, in temporalibus Dominis, meritorum tamen ipſius Georgii intuitu, dignitatum, & honorum acceſſio fiat, opportunè providere, ac eundem Georgium ſpecialibûs favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis Excommunicationis, ſuſpen. & interdicti, aliiſquè Eccleſiaſticis ſententiis contra eum, & pœnis â Jure, vel ab homine, quâvis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes. Supplicationibus Nobis per dilectum Filium Noſtrum, Franciſcum S. Laurentii in Damaſo Diaconum, Cardinalem Barberinum nuncupatum, S. R. E. Vice-Cancellarium, Noſtrum ſecundum carnem ex fratre germano Nepotem, ſu-

per hoc humiliter porrectis, inclinati, Apoſtolicâ authoritate, tenore præſentium, Terram Oſſolini præfatam, per ipſum Georgium, ut probatur, poſſeſſam, cum ſuo Territorio, Diſtrictu, Juriſdictione, dominio, Vaſallis, Vaſallagiis, locis, Villis, terris, prædiis, poſſeſſionibus, Juribus, & pertinentiis univerſis, prout ad Georgium præfatum, de jure legitimè ſpectant, illorum omnium ſituationes, qualitates, quantitates, confines, denominationes, & veros annuos valores, ac Familiæ dicti Georgii titulos, præſentibûs pro expreſſis habentes, in nobilem, & antiquum Ducatum, pro dicto Georgio, & de ejus Familia, in Terra hujuſmodi, ſucceſſoribus quibuſcunquè dicta Terræ Dominiis, ita tamen, ut ex illis, de præfata Familia, ille duntaxat hujuſmodi Ducatûs titulô fruatur, & gau-

deat, qui pro tempore erit Dominus præfati Oppidi, seu Terræ Ossolini, quæ Ducatûs erectio facta sit, & censeatur cum omnibus & singulis Privilegiis, exemptionibus, facultatibus, immunitatibus, prærogativis, præeminentiisquè, antelationibus, favoribus, gratiis, indultis, & insignibus, aliis Ducibus, & quantumvis antiquis Nobilibus & Illustribus de jure, usu, consvetudine, aut privilegio Apostolico, seu Imperiali, vel Regali potestate, vel alias quomodolibet concessis & permissis, sine tamen alicujus præjudicio, Apostolicâ authoritate tenore præsentium erigimus, & instituimus, in Ducatum; nec non Georgium & Successores præfatos Ducis nominibus, titulis, dignitatibus, prærogativis,& honoribus, insignimus, & decoramus; nec non dictum Georgium, ejusquè Successores

præfatos, ut ſupra Terræ præfatæ Duces creamus, facimus, conſtituimus, & deputamus, ac aliorum Ducum, etiam antiquorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac de Ducatu hujuſmodi inveſtimus, illiquè & illis, de more benedicimus. Inſuper Georgio, ac ejus Succeſſoribus præfatis, quòd in omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunquè edictis, proclamationibus, ſeſſionibus, proceſſionibus Congregationibus, Conventibus, pompis, conſiliis, cæteriſquè actibus publicis, & privatis, tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quàm extra illum, ubilibet gentium, ac etiam in quibuſcunquè locis, provinciis, regionibus, etiam tranſalpinis, & transmarinis, & in Romani Pontif: Imperatorum, Regum, Ducum, vel quorumvis Principum, & aliorum Curiis, Conſpectibus, & præſentiis Geor-

gius, ejusquè Successores præfati, veri & indubitati Duces sint, & habeantur, denominentur, reputentur, & censeantur, ipsiquè se tales appellare, nominare, & inscribere, ac ab aliis cum effectu haberi, teneri, reputari, & nominari facere, armaquè & insignia, à similibus Ducibus deferri solita, etiam cum Corona aurea gemmis ornata habere, & publicè seu privatim, ubiquè deferre & gestare; nec non præfatis, ac omnibus, & singulis aliis Ducum insigniis, titulis, gradibus, dignitatibus, Privilegiis, immunitatibus, prærogativis, antelationibus, præeminentiis, facultatibus, indultis, gratiis, jurisdictionibus, vasallagiis, & cæteris juribus, quibus alii veri Duces quantumvis antiqui Nobiles, & Illustres, tàm Pontificii, quàm Imperiales, & Regii de jure, consvetudine, privilegio, aut alias quo-

modolibet, utuntur, potiuntur, & gaudent; ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, quæ omnia etiamſi ſpecialî nota digna eſſent, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, in omnibus & per omnia, non ſolùm ad eorum inſtar, ſed pariformiter, ac æquè principaliter, abſquè ulla prorſus differentia, uti, potiri, & gaudere, liberè & licitè poſſint & valeant, etiam abſquè ulla à nobis ſeu præfata Sede habita, & obtenta licentia pariter concedimus, & indulgemus. Præterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna, præcipimus, & mandamus dilectis filiis, noſtro Hyppolito, Sancti Angeli in foro Piſcium Diacono, Cardinali Aldobrandino nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti, ejuſdem S. R. E. Camerario, & Cameræ

Apoſtolicæ Præſidentibus Clericis, nec non quibuſcunque Legatis, etiam de Latere, & Nuntiis Apoſtolicis, ubicunquè locorum exiſtentibus, ac etiam ejuſdem Ducatus Univerſitatibus, habitatoribus, incolis, vaſallis, & ſubditis, quatenus Hyppolitus videlicet Cardinalis, & pro tempore Camerarius, Præſidentes & Clerici, Georgium ejuſquè Succeſſores præfatos, uti veros Duces honorent, & agnoſcant, ac ab aliis honorari, & agnoſci faciant, & mandent. Univerſitas verò, vaſalli, atquè incolæ, & ſubditi præfati, illis tanquam veris eorum Ducibus, de cætero obedire, ac homagii & fidelitatis debitæ, aliaquè juramenta, ſervitia & jura, exhiberi ſolita, præſtare & exhibere debeant. Ac demum hortamur omnes, & ſingulos, Imperiali, Regali, Ducali, Marchionali, aut alia quacun-

què ſuperioritate fungentes, ut Georgium, & alios præfatos, ſi opus ſit, ad Ducatus honores, gradus, & dignitates, aliaquè præmiſſa ubiquè recipiant, & admittant: illiſquè in eo auxilium & favorem præſtent, nec deſuper á quoquàm quovis quæſito colore, aut prætextu, directè vel in directè moleſtari, perturbari, vel inquietari, permittant. Decernentes nihilominus propter mutationem, & alterationem ſtatus, de ſimplici dominio terræ hujuſmodi, ut ſupra in Ducatum & alia præmiſſa, per nos ordinata, nullum omninò præjudicium, aut onus Terræ præfatæ, ejuſquè membris, annexis, pertinentiis, nec non Georgio, ejuſquè Succeſſoribus, Univerſitati incolis, habitatoribus, vaſallis, & ſubditis præfatis illatum, adjectum aut impoſitum, illorumquè omnium Privilegia, immunitates, facul-

cultates, gratias, inveſtituras, ſi quæ ſint & conceſſiones, ac jura nullatenus imminuta, alterata, abrogata, aut quoquô modo aucta vel imminuta, nullamquè juriſdictionem, imperium merum, aut mixtum, Georgio, & aliis hujuſmodi, præter ea, quæ ante præſentem erectionem habebant, attributam, aut attributam cenſeri poſſe, ſed ſalva & illæſa ſemper fore, & eſſe, ac in ſuo robore permanere, & tantummodo novum titulum, novamquè dignitatem, & honorem, adjecta & cumulata; nihil autem de ultimo ſtatu, & natura, in qua nuper ante præſentem noſtram conceſſionem erant, detractum, aut imminutum eſſe, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Decembris M.DC.XXX.III. Pontificatûs Noſtri annô XI. M. A. *Maraldus.*

DIPLOMA

FERDYNANDA II. CESARZA,

KTORYM NADAIE TYTUŁ

XIĄZĄT OSSOLINSKIM.

Ferdinandus II. Divinâ favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Licemburgiæ, ac superioris, & inferioris Syleſiæ, Virtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Gorytiæ, Landtgravius, Alſatiæ, Marchio, S, Rom: Imp: Burgoviæ ac ſuperioris, & inferioris Luſatiæ Dominus, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Illuſtri ſincerè Nobis dilecto, Georgio Oſſolinio Comiti in Tęnczyn, Theſaurario Curiæ Regni Pol: Capit: Bydgoſtien: Pilznen: Rycen: nec non Sereniſſimi Pol: & Sveciæ Regis Vladislai Camerario intimo, & Legato ad Summum Pontificem, ac Sedem Apoſtolicam Extraordinario, gratiam Noſtram Cæſaream & omne bonum.

ETSI Nos pro innata Nobis benignitate clementiaquè Summi, ac immorta-

lis DEI, qui cæleſtis ſuæ liberalitatis theſauros, in univerſum hominum genus largiſſimè effundit, exemplo, poſtquam ab ipſius Divina Majeſtate ad Majeſtatem hanc humanam, & excelſi Throni Imperialis ſolium evecti ſumus, hoc in primis curæ habemus, ut munificentia Noſtra in quoſcunquè hominum ordines, quorum id virtus, & fides merentur, ampliſſimè extendatur exerceaturquè. Omninò tamen decere exiſtimamus, ut diligens, & accurata habeatur ratio, quo præmia unicuiquè, & honores, dignitatesquè, pro cujusquè meritis debitô diſcrimine conferantur; ut ſcilicet unus ab altero, quibusdam quaſi gradibus diſtingvatur, & qui clariore loco nati, Nobilitatem à majoribus acceptam, nobilibus, & præclaris actionibus, ac virtutum ſtudiis, pro Patria, pro Principibus ſuis, pro Re-

pub: ſtrenuè laborando, magis magisquè illuſtrant, ampliorî honoris, & dignitatis præeminentia decorentur: ſic enim ratio æquitatis, & juſtitiæ habetur, & reliqui mortales ad honeſtiſſimum virtutis, & gloriæ certamen pulcherrimîs exemplis provocantur. Conſiderantes igitur, Georgi Oſſolini Comes in Tęczyn, non jam antiquiſſimi generis decus, & ſplendorem, quô Majores tui, jam olim in Regno Poloniæ, inſigni cum nominis fama floruerint, ſemperquè cum primoribus ejus Regni Familiis concertaverint, ſed proprias dotes, ac virtutes Tuas, quibus ſupra omnem Tuorum modum, jam pridem Terrarum Orbi, ac imprimis Nobis ipſis innotuiſti, quippe qui ab illo jam tempore, quô poſitis, in Univerſitate Archiducali Civitatis Noſtræ Græcenſis, literarum fundamentis, ac jam tum

præclarîs editis virtutum, ac ingenii documentis, eum deinde laudabilium ſtudiorum tuorum curſum tenueris, ut tametſi in magno omninò, apud omnes honore; apud inclytos verò Reges Poloniæ, & Sveciæ, quondam Sereniſſimum Sigiſmundum affinem Noſtrum chariſſimum felicis recordationis, eumquè, qui nunc rerum feliciter potitur, Sereniſſimum Vladislaum Nepotem Noſtrum item chariſſimum in dignatione ſis ac fueris: ob eam tamen prudentiam, rerumquè gerendarum dexteritatem, ac alia præclara dona Tua, quæ jam aliàs, tum nuperô ad Summum Pontificem, Sanctamquè Sedem Apoſtolicam, nomine dicti Sereniſſimi Regis Tui, ac Regni Poloniæ, Legati obitô munere, præcipuâ cum laude Tua demonſtraris: non minùs à Nobis, quàm communi omnium judicio, Majoribus

omnibus honoribus, ac dignitatibus ſuſtinendis, ac adimplendis idoneus judiceris. Benignè etiam perpendentes, ſingulare devotionis erga Nos, & Sacrum Romanum Imperium, Auguſtamquè Domum Noſtram Auſtriacam ſtudium, quod inde à prima ætate præteferre, ac comprobare dignoſceris, confiſiquè omninò, te ab illo laudabilium actionum tuarum curſu, non modò non receſſurum, ſed in poſterum te ipſum quoquè ſuperaturum, & exemplum poſteris, quod imitentur, relicturum eſſe. Hinc eſt quod Te dignum judicavimus, in quem ſingulare, ac eximium quoddam munificentiæ Noſtræ Auguſtalis documentum, quod Tibi, ac toti poſteritati Tuæ legitimæ, perpetuo honori, ac ornamento eſſet, conſecrandum ſtatuerimus. Motu itaquè proprio, ex certa noſtra ſcientia, ani-

mô benè deliberato, ac sanô Principum, Comitum, Procerum, Baronum, ac nostrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum, accedente consiliô, eâquè, quâ fungimur Cæsarea potestatis, & authoritatis plenitudine, In Nomine DEI Omnipotentis, quem Principatuum, honorum, & dignitatum, fontem inexhaustum, & primam scaturiginem agnoscimus, Te Illustrem GEORGIUM OSSOLINIUM Comitem in Teczyn, Tuosquè liberos hæredes, & descendentes legitimos, utriusquè sexûs, in veros Sacri Romani Imperii Principes, & ad titulum, atquè dignitatem Principatûs Imperialis ereximus, exaltavimus, ac sublimavimus, aliorumquè Nostrorum, & Sacri Imperii Principum numero, cætui, & consortio aggregavimus, prout per præsentes erigimus, exaltamus, sublimamus, & ag-

gregamus. Decernentes, & hôc Nostro Cæsareo edicto, firmissimè statuentes, ut post hac perpetuîs futuris temporibus, supradicte Illustris Georgi Ossolini, Comes in Tęnczyn, Tuiquè hæredes, ac descendentes legitimi, virtute hujus Nostræ Erectionis, exaltationis, sublimationis, & aggregationis, ab hac hora in perpetuum nominemini, nuncupemini, & reputemini, tam in scriptis, quàm vivâ voce, aut aliàs quotiescunquè, seu quomodolibet vestrum mentio facienda erit, Imperii Sacri Principes, salvîs tamen, & in statu permanentibus, antiquis, & genuinis vestris titulis, & dignitatibus per manus acceptis, utquè tanquam Imperii Principes, proximè assideatis aliis Principibus, Sacri Imperii induti ac vestiti eorundem Principum in solennibus usitatô amictu, & in actibus, ubi moris est,

omnibusquè, & singulis honoribus, dignitatibus, prærogativis, exemptionibus, præeminentiis, libertatibus, juribus, privilegiis, insignibus gratiis, indultis Regalibus, & aliis quibuscunquè in judicio, & extra, in omnibus statutis, rebus, & causis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, Ecclesiasticis, & prophanis sessionibus, & aliàs ubiquè, & in locis omnibus gaudere, uti, ac frui, debeatis, ac possitis, quibus alii Nostri, ac Sacr: Rom: Imp: Principes, per idem Romanum Imperium, & ubique locorum, & Terrarum, in dandis, & recipiendis Juribus, conferendisquè, & suscipiendis Feudis, & in aliis omnibus, ac singulis, ad Illustrem statum, & conditionem Principum spectantibus, gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur: & hactenus gavisi, usi, ac potiti sunt, quomodoli-

bet, consvetudine vel de jure. Præfati tamen Sereniſſimi Regis Poloniæ juribûs, ac ſuperioritatibûs ſemper illæſis, & ſalvis. Quocirca ſeriò, & expreſsè mandamus univerſis, & ſingulis Electoribus, aliiſquè Sacri Romani Imperii Principibus, Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, & Ignobilibus, Clientibus, & Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Magiſtratibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæſtoribus, Civium Magiſtris, Judicibus, Conſulibus, Heroaldis, Caduceatoribus, Civibus, Municipiis, & omnibus deniquè Noſtris, & Sacri Romani Imperii ſubditis, & fidelibus dilectis, cujuſcunquè ſtatûs, gradûs, ordinis, dignitatis, aut præeminentiæ exiſtant; ut Te ſupradictum

Illustrem GEORGIUM OSSOLINIUM Comitem in Tenczyn, dictosquè Tuos hæredes, & descendentes legitimos, in infinitum, ex hoc tempore in futurum, ac perpetuò, pro Principibus Imperii reputent, & honorent: Vosquè Principes Imperii nominent, dictisquè Privilegiis, Juribus, Insignibus, Regalibus, præeminentiis, Exemptionibus, prærogativis, gratiis, & indultis, liberè, pacificè, & sine omni impedimento, ac molestatione, gaudere, uti, frui, & potiri sinant, nec aliquô pacto, in iis impediant, seu perturbent, sed potiùs tueantur, manuteneant, atquè defendant, nequè contrarium faciant, fierivè quôvis modo permittant. Quatenus Nostram, & Sacri Imperii indignationem gravissimam, & Quingentarum Marcar: auri puri mulctam, pro dimidia Imperiali fisco

seu ærario nostro, pro reliqua verò parte injuriam passi, aut passorum usibus, toties quoties contraventum fuerit, omni spe veniæ sublatâ, applicandam, evitare voluerint. Quod hôcce diplomate Nostro Imperialî manu propria subscripto, & Bullæ Nostræ Cæsareæ, appensione munito testatum voluimus. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die 20. mensis Januarii. Anno Domini 1634. Regnorum Nostrorum Romani 15. Hungarici 16. Bohemici verò 17.

FERDINANDUS.

Anselmus Casimirus.
Archi-Episcopus Moguntinus.
Ut PH. à Stralendorff. mpp.

REGESTR

Instrukcya dana od Oyca Ossolińskiemu do Lowanium iadącemu. - - - - - 1
Præscriptum Legationis ad Jacobum Regem Angliæ. - 11
List Zygmunta III. do Króla Angielskiego. - - - 28
List Króla Angielskiego. - 31
List drugi tegoż. - - 33
List Cesarza do Zygmunta III. 36
List Cesarza do Posła Angielskiego. - - - - - 40
List Ossolińskiego do Króla. - 46
List tegoż do Sekretarza W. Koronnego. - - - 49
List tegoż do Króla. - - 51
List tegoż do Kanclerza W. Koronnego. - - - 54
List tegoż do Sekretarza W. Kor. 58
List tegoż do Woiewody Łęczyckiego. - - - - - 61

List tegoż do Króla. - - 63
- - - *Do Kanclerza W. Kor:* - 68
List Ossolińskiego do Cesarza. - 72
List tegoż do Króla. - - 74
- - - *Do Biskupa Wiedeńskiego.* 81
Respons Biskupa. - - 83
List Ossolińskiego do Króla. - 86
List Biskupa Wiedeńskiego. - 90
Respons Biskupa. - - 92
List Ossolińskiego do Króla. - 94
List Króla Węgierskiego do Ossolińskiego. - - - 97
Respons Ossolińskiego. - - 99
List Ossolińskiego do Starosty Łomżyńskiego. - - - 101
List tegoż do Towarzystwa. - 106
List Króla Rzymskiego. - 111
Respons Ossolińskiego. - 113
Listy Ossolińskiego do Króla z Niemiec pisane. - - - 115
Respons Rzeszy Niemieckiey na Poselstwo Ossolińskiego. - 197
Mowa Łacińska Ossolińskiego. do Oyca S. - - - 215
- - - *Do Rzeszy Niemieckiey.* 227

- - - *Do Króla Angielskiego.* 239
- - - *Do Królowey Ludwiki.* 249
- - - *Do Rzeczypospolitey Weneckiey.* - - 254
- - - *Do Ziazdu Toruńskiego.* 261
Ustanowienie Orderu Niepokalanego Poczęcia Maryi Panny. 269
Bulla Papieska na Xięstwo Ossolina. - - - - - 295
Diploma Cesarskie Xiążętami S. R. I. czyniące Ossolińskiego, y iego Następców. - - 307

